



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Venerabilis Patris D. Hludowici Blosii Abbatis Lætiensis Ordinis S. P. N. Benedicti Tomus Posterior Margaritum Spirituale

Blois, Louis de

Monasterii Campidonensis, 1672

Sectio Quarta. Defensio veræ Fidei adversus S. Ecclesiæ Catholicæ
hostes, Partibus tribus distincta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45885](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45885)

VENERABILIS PATRIS
D. HLUDOVICI BLOSII
ABBATIS LÆTIENSIS
ORDINIS S. BENEDICTI

DEFENSIO
VERAE FIDEI

ADVERSUS

S. ECCLESIAE CATHOLICAE
HOSTES,

PARTIBVS III. DISTINCTA.

- I. Collyrium hæreticorum. Libri duo ; cum Appendice de Sacrificio Missæ, de B. Virgine MARIA, & Sanctis, ac de Fidelibus Defunctis, collectâ ex Canonibus Apostolorum, sacris Concilijs, & SS. Patribus Græcis.
- II. Facula illuminandis & ab errore avocandis hæreticis accommodata; cum Appendice de Eucharistia, sacris imaginibus, & de hæresibus atque hæreticis: cui Expostulatio IESV CHRISTI subjungitur de ingratitude Philocænopoleos.
- III. Epistola ad nobilem Matronam ab hæreticis seductam.

OBSER-

OBSERVATIO
AD
POLEMICA
BLOSIANA
SEV
DEFENSIONEM
VERÆ FIDEI
ADVERSUS
NASCENTES IN BELGICA
HÆRESSES
CIRCA ANNUM DOMINI M. D. L.

Akor.
20.

r. Reg.
17.

Dan. 13.

Sæculū
I.

II.

DOMINUS & Salvator noster JESUS CHRISTUS, i. Sponsæ suæ dilectæ & electæ, Ecclesiæ, quam ac-
quisivit Sanguine suo, fidelis sponsus & zelotes, semper adversus oppugnationes novantium hæreticorum, sanctos Patres suscitavit propugnatores; semper adversus Goliathos, in duello, Davides opposuit; adversus Ienones Susannæos, in judicio, Danieles præparavit; ut ex omni retrò per sexdecim sæculorum ætates Annalium Ecclesiasticorum fidâ memoriâ compertum est. Exempla producantur.
Primo sæculo, Simonem Magum hæresiarcham debellavit Simon Petrus; aliosque & alios hæreticos alij atque alij Apostoli. Secundo, Saturninum, Carpocratem, Marcionem, Gnosticos, Ophitæ, Montanistas; sanctus Justinus, sanctus Irenæus, sanctus Athenogenes;

- genes, item Musanus, Miltiades, Tertullianus strenuè refutarunt. hereticorum oppugnantium, & Doctorum propugnantium Ecclesiam Dei.
- III. Tercio, Cyprianus, Novatianus; Quarto, Donatistas, Arianos, Manichæos, Helvidianos item, Jovianistas, Vigilantianos, Patres sancti Græci, Basilus, Achanasius, & duo Gregorij Nazianzenus atque Nyssenus; Latini, Hilarius, Ambrosius, Hieronymus, animosè profligaverunt. Quinto, Fortunatum, Felicem, Faustum, hostes infelices, infaustos, & sanctæ Catholicæ Romanæ Ecclesiæ infestos Manichæos, Petilianum etiam, Pelagium atque Nestorium, unus instar omnium hæreticorum malleus concudit sanctus Augustinus. Sextum sæculum vidit Monochelitas seu Monophysitas prostratos à sanctis Sophronio & Maximo; Septimum, Theopaschitas & eorum caput Sergium, à sancto Abate & Martyre Maximo. In octavo sæculo jacuerunt Iconoclastæ, victi à sancto Joanne Damasceno; in Nono, Claudius Taurinensis, à Jona Aurelianensium Episcopo; in Decimo, Anthropomorphitæ repullulantes, à Ratherio Veronensium Episcopo. Undecimum, Berengario Sacramentario novatori, Fulbertum Carnotensium Episcopum; Duodecimum, Tanchelino etiam Sacramentario, Norbertum Præmonstratensium Patriarcham; Petro Brusio, Gilberto Porretano, Petro Abaillardo, Bernardum Clavallensium Abbatem, nostro BLOSIO Lætiensium, tum dulci pietate tum forti zelo, non absimilem; Decimum tertium, Olivario Albigenis factionis profeminatori, Dominicum Prædicatorum Ordinis religiosissimum Parentem, cum duodecim venerandis Abbatibus ab Innocentio III. Pontifice Maximo in Provinciam Tolosanam missum, opponi vidit, & partam armis Ecclesiasticis victoriam reportari. Beguardos & Beguinas, sæculo XIV. Decimo quarto, duo Pontifices Maximi Clemens V. & Joannes XXII. confixerunt. Wicleffitas & Hussitas, potentissimum sæculi XV. Decimi quinti hæreticorum flagellum Thomas Waldensis calamo suo jugulavit.

3. Sæculo decimo sexto contra Lutherum & Calvinum datus est à Deo Blosius Defensor fidei. Martinus Lutherus & Joannes Calvinus, damnata sæculi Decimiseptimi portenta, calamitosi aurorum nostrorum temporibus caput extulerunt, & arma sanctæ Ecclesiæ Catholicæ intulerunt; unde faces, Theomachorum & Iconoclastarum excitato ab inferis incendio, Belgicam Ecclesiam sub annum Domini M. D. L. subdolè & furtim ingressæ, vastitatem Sacris omnibus minabantur. Adversus hos quidem Dei providentia sanctum IGNATIUM de LOIOLA, magno Ecclesiæ Romanæ bono, militem novum suscitavit,

Y y

tavit,

tavit, qui cum fundata à sese SOCIETATE JESU bellum omnibus hæresibus internecinum indiceret: sed priusquam fortissimi Societatis JESU Patres in Belgio nati notive essent, voluit R. D. LUDOVICUM BLOSIUM opponere sese velut murum pro Domo Dei, & divinitus, ut credere par est, mentem inspiravit adversus hæreses, aut clam & versute irrepentes, aut palam & violentè irrum-pentes, amentata sanctorum antiquæ Ecclesiæ Patrum tela acuen-di & intorquendi.

4.
BLOSIUS
varie
contra sui
seculi
hæreses
profuit
Ecclesiæ.

Hoc sanè doctissimis tum COLLYRII tum FACIAR libellis pro virili, cum divina gratia, fortiter ac feliciter præstitit BLOSIUS; quem proinde in reducendis ad Ecclesiæ Matris gremium seductis Proceribus, ob egregiam cum prudentissima doctrina conjunctam morum suavitatem, MARIA Hungarica Belgicarum Provin-ciarum Gubernatrix, aliique Principes, Magistrum & Directorem esse voluerunt. In his autem Polemicis lucubrationibus obse-cro Lectorem priscae fidei amantem, ut res duas, quæ ad com-mendandam D. BLOSI in hac FIDEI DEFENSIONE ope-ram facere videntur, adnotet & admiretur. Inprimis, vir ille to-tus in Asceticis immersus & absorptus, qui suavem unionis my-sticæ quietem expertus, & profundum ac tranquillum, ut est in Canticorum Epithalamio, sponsæ deliciosissimæ somnum dor-mire solitus erat, mirandum est, quomodo zelo Dei & Eccle-siæ ardens, ad primos hæreseos rumores tanto fervore & celeri-tate classicum cecinit, auxilia à sanctis Patribus advocavit, ad arma fidei hostibus inferenda, & ad Ecclesiam propugnandam evolavit. Deinde mirari nemo aut laudare satis poterit, quod in primis illis controversiarum fidei velitationibus, non velut levis armaturæ miles, sed velut Triarius aut Cataphractus, tam decretoriâ Pugnâ decertavit, tam certis & acutis jaculis jugulum perijt, tam fortibus tam ineluctabilibus Patrum præseorum sen-æntijs novas hæreses subjugavit. *Filia Babylonis! Beatus qui tenebit & allidet parvulos tuos ad petram.* Fecit hoc BLOSIUS, qui vagientes adhuc & in cunis Babylonæ hæreticæ filios allisit ad petram: petra autem erat Christus, & Christi Verbum, & Christi Vicarius, & Christi Apostoli, ac Doctores Ecclesiæ Christi.

5.
In rudi-
bus prin-
cipi; di-
spuatio-
num de
rebus fi-
dei ma-
gnifici-
du est
Blosius
quamvis
plura post
Blosium
ad ista
sunt à re-
centiori-
bus fidei
propugna-
toribus.

Cum verò nihil simul & inventum & perfectum; & facillimum sit inventis aliquid addere; atque ex omnibus Belgicæ Ecclesiæ contra Navatores propugnatoribus B L O S I U S aut primus, aut certè ex primis unus fuerit, qui in controversiarum fidei arenam prodijt, excogitatâ & inventâ à se pugnandi ratione usus; alijque deinceps post B L O S I U M controversiarum nostri temporis Scriptores inventis à B L O S I O quamplurima ornamenta & quondam veluti perfectionem rudibus ac novis illis lineamentis imposuerint; exiltimandum est, non desideraturum te, benigne Lector, in Blosianis istis incunabulis adultam illam & multis post annis auctam scribendi contra hæreticos methodum & experientiam.

6.
Plura
qui volent
ad ista
Scriptores
Blosio
posteri om-
nes in
contro-
versis.

Quæ causa est, quamobrem in hac ultima Parte Polemica satius visum est, ornando, augendo, illustrando B L O S I O per marginales glossas aut citationes crebriores, ut in alijs Partibus actum est, supersedere, cum in omnium ore & manibus sint doctissimi atque gravissimi Auctores, qui inchoatis per Blosium curis Polemicis manum ultimam admoverunt, & inventa à B L O S I O, auctâ ab annis experientia, ad Perfectionis culmen evenerunt.



Yyy 2

HLVDO-

HLUDOWICI BLOSII DEFENSIONIS VERAE FIDEI

ADVERSUS

S. ECCLESIAE CATHOLICAE
HOSTES

PARS PRIMA,

SIVE

COLLYRIUM HAERETICORVM.

PRÆFATIONCVLA.

* Colly-
rium ex
Galeno
& Medi-
cis est
medici-
na oculo-
rum.
Hæreti-
ci men-
tis oculo-
rum aut
læsi aut
capti
sunt.



IA erga pereuntes hæreticos commiseratione motus hoc * COLLYRIUM scripsi: in quo artificiosam orationis connexionem non ita servare studui, ut omnia eleganter sibi cohererent, & aliud ex alio concinnè dependeret: sed simpliciter atque incompolitè pauca, quæ curandis ipsorum hæreticorum oculis apta esse videbantur, congesti. Abundè quod cupimus assequemur, si modicus ac rudis hic labor noster aut aliquos ex his qui hæresi jam infecti sunt sanare, aut aliquos ex his qui hæresi jam infecti sunt sanare, aut aliquos ex his qui nondum sunt infecti servare incolumes potuerit. Neque enim in illis quæ hæcenus edidimus, laudes hominum, sed salutem animarum venamur.

COLLY-

HLVDOVICI BLOSII DEFENSIO FIDEI. 463
 COLLYRII
 HÆRETICORVM
 LIBER PRIOR.
 CAPUT I.

*Quod hereses sumant originem ex
 superbia & inobedientia; & quod
 Ecclesia (qua non errat) obtempe-
 randum sit, etiam in his que Scri-
 pturarum expresso testimonio
 comprobari ne-
 queunt.*

1. Hæresum omnium origo est superbia & inobedientia.
2. Quibus tamen prætexunt expressa Scripturæ auctoritatem.
3. Sed Ecclesia obediendum est, etiam si expresso testimonio Scripturæ non probatur: quia est corpus Christi, perpetuâ capituli sui insuetudine gubernatum.
4. Frivola obiectio hæreticorum de traditionibus humanis.
5. Spiritus sanctus Ecclesiæ universali præsidet, sicut spiritus vite toti corpori animato.

1. Omnes hereses ex superbia & inobedientia oriuntur.



ON aliunde sumunt originem hereses, quam ex superbia & inobedientia. Hæretici enim suum sensum protervè defendunt, ea quæ adveniunt obstinata mente sequuntur, decretis Ecclesiæ Apostolicæ ejusque Antistitibus parere nolunt, traditiones & instituta majorum contemnunt.

2. Quamvis erroribus suis velamentibus tendant in sacra Scriptura.

Et quidem hoc nostro ævo suâ ita adumbrant velantq; arrogantiam atque inobedientiam. Multa, inquit, præcipit Papistica (sic enim ipsam Romanam Apostolicamq; Ecclesiam appellant) quæ nusquam in sacris Litteris jubentur, multa interdicit quæ in illis

DEFENSIO FIDEI. 463
 non vetantur: nos quod divina Scriptura expressè docet esse servandum, servare volumus, à quo expressè docet esse abstinendum, abstinere non recusamus. ceterùm quod in ea expressum non est, liberè rejicimus.

Collyrii hæreticorum Lib. 1.

Istam eorum excusationem vanam esse, intelliger, quisquis ea quæ dicentur patienter audierit. Nam Ecclesia Apostolica nihil absque certa ratione præcipit aut interdicit: & quidquid ipsa decernit esse faciendum aut omitendum, etiam si id expresso divinarum Scripturarum testimonio comprobari nequeat, non minori religione servari debet, quam si eadem sacræ Litteræ illud evidentissimè præciperent, (quamquam nihil statuit Ecclesia, quod non satis confirmetur his Domini verbis in Evangelio expressis: *Omnia quacunque dixerim vobis, servate, & facite. item istis: Qui vos audit, me audit.*) Et hoc ita esse demonstramus. Paulus Apostolus pluribus Epistolarum suarum locis asserit, Ecclesiam corpus Christi esse, & Christum esse caput Ecclesiæ. Prorsus ita est: Ecclesia corpus Christi mysticum est, & ab eodem Christo capite suo omnia quæ veritatis sunt recipit; spiritu capitis sui illuminatur ac regitur.

3. Tamen Ecclesia obedire, etiam de Scriptura, debent.

Matth. 23. Luc. 10.

Ephes. 1. & 4. & 5. Coloss. 1. & 2. Regitur enim perpetuâ Christi capitis sui insuetudine.

Jam cum necesse sit, ut omnes credant pareantq; scriptis Apostolorum Pauli, Petri, vel Joannis, qui sunt membra Ecclesiæ; quis sanâ mentem habens dixerit, licitum alicui esse non credere & non ob-

Colly-
rii here-
ticorum
Lib. 1.

I. Th. eff.
4.

4.
Traditio-
nes Ecclē-
siae non
sunt me-
re huma-
nae.
Matth.
15.

Ioan. 14

5.
Præsides
Ecclesiae

temperare ipsi universali Eccle-
siae? Nam sicut corpus singulis
membris, ita Ecclesia singulis Apo-
stolis praeſtat. Rursum, si unum
Ecclesiae membrum Paulus, de
his quae ipse praeceperat & prae-
cipiebat verè dixit, *Qui haec spernit,*
non hominem spernit, sed Deum:
quandò magis Ecclesia universalis
hoc de suis decretis ac iussis dice-
re potest?

Solent hæretici objicere locum
illum Evangelicum, ubi Domi-
nus ait, *Quare transgredimini*
mandatum Dei propter traditionem
vestram? Tales, inquit, tradi-
tiones Papisticae sunt: traditiones
enim hominum sunt. Sed planè
futilis est ista objectio. Neque en-
im verbis illis Christus repre-
hendit omnes traditiones huma-
nas (alioqui reprehenderet etiam
traditiones Apostolorum, qui ho-
mines fuerunt) sed eas duntaxat
hominum constitutiones & tra-
ditiones damnat, quae ad divinū
cultum nihil conducunt, sed po-
tius legi Dei adversantur: quales
utique nec sunt, nec unquam fue-
runt, nec erunt traditiones Ecclē-
siae Catholicae & Apostolicae,
quam docet Spiritus sanctus, jux-
ta ista Redemptoris verba: *Para-*
clerus Spiritus sanctus vos docebit
omnia, & suggeret vobis omnia que-
cunque dixerit vobis. Item: *Ego ro-*
gabo Patrem, & alium Paraclerum
dabit vobis, ut maneat vobiscum in
aeternum, Spiritum veritatis.

Sicut enim in unoquoque ho-
mine Spiritus toti corpori praeest,

cujus arbitrio & instinctu corpus
ipsum movetur: ita Spiritus ian-
ctus universali Ecclesiae præsides,
& ipsam in omnibus dirigit. Ob-
idque Paulus Apostolus eam ap-
pellat columnam & firmamentū
veritatis: errare enim nescit in
his quae sunt fidei, & quae ad san-
ctos mores spectant. Quare, qui
contradicit Ecclesiae, contradicit
Spiritui sancto, contradicit Chri-
sto Domino: alienus à Deo est,
profanus est. Hinc ipse Christus de
tali homine dicit: *Si Ecclesiam non*
audierit, sit tibi sicut ethnicus & pu-
blicanus.

C A T U T II.

Quid sit Ecclesia, & quòd Conciliū
generale sit universali Ecclē-
siae, ob idque non erret.

1. Prælati Ecclesiae, & generalia Concilia re-
præsant totam Ecclesiam.
2. Eorum formam & auctoritatem ostendunt
Apostoli in suo Concilio Ierosolymitano, Act. 15.
3. Petrus Ecclesia Iudaeorum remittebat dubia de
religione ad Pontificem suum, Conciliumq; Sacer-
dotum; non ad plebem aut Magistratum laicum.
4. Concilia generalia non errant: diriguntur
enim à Spiritu sancto.
5. Nec posteriora corrigunt priorum lapsu, quan-
do aliter statuunt; quia alia aetas alios habet mo-
res, aliaq; postulat remedia.

Ecclesia est quidem omnium
fidelium ad Christi corpus at-
tinentium congregatio: illam ta-
men repræsantant Prælati eius,
sicut Prælati alicujus provinciae
repræsantant totam Provinciam.
Nisi enim Prælati Ecclesiae Ecclē-
siam repræsantarent, quando Do-
minus ait: *Si te non audierit, adhu-*
be tecum adhuc unū vel duos. Quòd
si non audierit eos, dic Ecclesiae; ne-
cessè esset totum orbem perambu-
lare.

Iare, ut aliquid dici posset ecclesie: toto enim orbe diffusi sunt fideles, & membra ecclesie. Omnino quando, Primatibus ecclesie coeuntibus, Concilium generale ritè congregatur, ipsum universalem ecclesiam satis repræsentat; neque oportet ut promiscuæ plebis multitudo convocetur, plebs enim pastoribus commissa est.

loco quem elegerit Dominus, & docuerint te iuxta legem eius, sequerisq; sententiam eorum, nec declinabis ad dexteram neque ad sinistram.

Collyrii hæreticorum. Lib. 1.

Si quis obijciendo dixerit, posse fieri ut generalia Concilia etiam legitime congregata errent, propterea quod ipsa constent ex hominibus qui errare possunt: Respondendum erit, eos qui conciliū generale legitime institutum efficiunt, esse quidem homines, non tamen errare, † eò quod universalem Ecclesiam tunc repræsentantes, ductorem doctoremque Spiritum sanctum indubitanter habeant. Concilia particularia dum errant, emendantur per plenaria & generalia Concilia, quæ ab errore aliena sunt.

4.
Spiritus sanctus afficit Concilia generalibus, ne errant in fide, aut morum doctrina.

Si rursus objecerit aliquis, Concilia posteriora statuere interdum aliqua aliter quam in prioribus Concilijs statuta fuerint; & nonnulla hoc nostro sæculo asseri, quæ olim dubia esse videbantur: Nos respondebimus, sanctam ecclesiam pro conditione temporū atq; causarum justissimè nonnunquam variare ea decreta, quæ ad mores & gubernationem ecclesiarum spectant, non autem variare fidem. Dicemus, eandem Dei ecclesiam multa nunc certa habere, quæ apud antiquos non ita

5.
Concilia posteriora non corrigunt priora: sed alij morbi perunt alia remedia.

† Hoc accipe sic, ut intelligatur Conciliū generale errare non posse, quia Caput ecclesie & petra fundamentalis, qui est Pontifex Romanus, præest Concilio velut Caput & Præses infallibilis, & ille errare non potest, ut est Mathæi 16. Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo ecclesiam meam, & porta inferi non prævalent adversus eam. Ita plerique sentiunt.

Certa

2. Unde beatus Lucas evangelista in actis Apostolorum narrat, Apostolos & seniores (non autem reliquam multitudinē fidelium) convenisse, ut deciderent quaestionem exortam de circumcissione & observatione legis Moyli. Ubi exactè describitur forma celebrandarum Synodorum ecclesiasticarum, quam secuta est ipsa Mater Ecclesia, posteaquam persecutione, quæ in Christianos sæviebat, cessante, congregari potuerunt Concilia.

3. Scriptura quoque veteris Testamenti, non ad plebem, sed ad Sacerdotes mittebat eos quid de re quapiam dubitabant. Dicit enim. Si difficile & ambiguum apud te iudiciū esse perspexeris inter sanguinem & sanguinem, causam & causam, lepram & lepram, & iudicium intra portas tuas videris verba variari; surge, & ascende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus. Veniesq; ad Sacerdotes Leviici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore, queresq; ab eis; qui indicabant tibi iudicij veritatem. Et facies quodcumq; dixerint qui præstunt

Colly-
rij hære-
ticorum
Lib. 1.

Ecclesia
semper
proficit
scientiâ,
ut aurora
Cant. 6.

certa erant. Proficit enim quoti-
diè ipsa ecclesia : cujus membra
Deus magis magisque illustrat,
pleraque revelans posterioribus,
quæ priores ignorabant. Unde
illa comparatur auroræ, dicente
Scriptura: *Quæ est ista, quæ progredi-
tur quasi aurora ?* Nam aurora,
quæ in suo ortu tenuius lumen
ostendit, in progressu fulgidior ap-
paret.

CAPUT III.

*Quòd auctoritas Ecclesia non pen-
deat ex Scripturis ; & quòd si illa
deesset, pravi quisque vel reycerent
vel malè interpretarentur ipsas
Scripturas. De harum item
obscuritate, & quòd non
omnibus tutum sit
eas legere.*

1. Auctoritas Ecclesia non pendet ex Scripturis,
licet ex ipsis clarissime probari possit.

2. Scripturas enim non agnosceremus, nisi per
Ecclesia auctoritatem.

3. Quæ si nulla esset, quilibet protervum Scri-
pturas pro sua arbitrio reyceret, aut absurde ex-
puneret.

4. Sunt enim obscura difficillimæ, & proinde
non ex proprio ingenio, sed ex Ecclesia pastorumque
ipsius iudicio legenda sunt & intelligenda.

5. Propterea non est tutum omnibus illas legere:
sed humilibus duntaxat, Ecclesiaque iudicium ve-
nerantibus.

1. Ecclesia
demon-
stratur
Scriptu-
ris : sed
ab eis eju-
auctori-
tas nec
pendet,
nec peten-
da est :

FALLUNTUR prorsus, qui eccle-
siæ auctoritatem ex testimo-
nio Scripturarum pendere existi-
mant. Nam quando Apostoli &
Evangelistæ, nondum conscriptis
sacris Evangelij vel epistolis, po-
pulum instituebant, ipse populus
credebat atque obtemperabat, &
credere obtemperareque debebat
his quæ ab ecclesia proponeban-

tur ; licet ea nusquã adhuc scripta
essent. Quod cum ita sit, quare
modò in omnibus ecclesiæ decre-
tis tam anxie exiguntur expressa
Scripturarum testimonia ? Nam
cum illa idem caput nunc habeat
quod tunc habebat, eodemq; ve-
ritatis Spiritu modò gubernetur
quo tunc gubernabatur ; nimirum
eamdem etiam auctoritatem nunc
obtinere quam tunc obtinebat.

Profectò nos neque epistolas
Apostolorum, neque ipsum sacro-
sanctum Evangelium certò scire-
mus aut crederemus esse Scriptu-
ras irrefragabiles, nisi auctoritas
ecclesiæ ita credendum esse decer-
neret. Quis enim assedit Aposto-
lis vel Evangelistis cum scriberet ?
ut quamobrem non tantam fidem
habemus Evangelio Nicodemi
qui Christum vidit ; quantam ha-
bemus Evangelio Marci, qui Chri-
stum non vidit : nisi quia istud in
numerum Scripturarum aucten-
ticarum ecclesia reponit, illud
non reponit ? Planè penes solam
ecclesiam Catholicam (quæ, sicut
diximus, errare non potest) jus
est determinandi & quæ Scriptu-
ræ pro divinis habendæ sint, &
quò sensu eadè intelligi debeant.

Alioquin nihil apud Christianos
certum esset. Nam iste pro suo ar-
bitrio reyceret totum novum Te-
stamentum, ille aspernaretur ve-
tus : iste istud, ille illud assereret
non esse ex canone ipsarum sa-
crarum Litterarum. Rursum
iste aliter eas interpretari vellet
quàm ille, & ille aliter quàm iste.
Vide-

Videlicet insanus quisque, exco-
gitatis absurdis sensibus, eas sibi
ad impia dogmata; nefandaque
scelera patronas assumeret. Si
enim, cum adhuc viverent Apo-
stoli, jam plerique vani eisdem
Litteris sacris propter obscurita-
tem perperam intellectis abute-
bantur; quid futurum erat postea,
nisi quilibet iudicium suum iudicio
Ecclesiæ submittere debuisset?

ras sacras rectè intelligentes, quæ Do-
mino vorivisti adimplere satagatis. Hæc
Clemens: qui etiam prædicta ver-
ba recitat decimo libro Recogni-
tionum, ubi inducit beatum Pe-
trum illa ipsa dicentem.

Rectè divina Scriptura, sive
verbum Dei, gladio comparatur,
quo quis vel benè vel malè uti
poteat. Quemadmodum enim
infanti & amenti gladius pericu-
losus est (eo enim se aliosque fa-
cilè vulnerat;) ita qui pravæ cu-
riositatis insanæque superbæ vi-
tio infectus est, sacras Litteras tu-
tè non legit, cum gladium spiri-
tualem non ea parte, quâ com-
prehendi debet, arripiat, neque
illum, sicut oportet, tractare sciat.
Est etiam veluti altum quoddam
mare sive abyssus sacra Scriptura:
cui qui se sine humilitatis navigio
committit, undosis fluctibus ab-
sorptus perit. Minus periculi est
in rivis è mari profluentibus, hoc
est, in Orthodoxorum piorumque
Patrum scriptis non ita profundis.
Simpliciores, qui bonæ volunta-
tis sunt, legem implent, id est,
Deum proximique diligunt,
etiam si divinas illas & intellectu
difficiles Scripturas non legant.
His qui eas absque periculo legere
volunt, omnino necessaria est re-
cta puraque intentio; necesse est
ut ipsi cervicem ad pedes Matris
Ecclesiæ humiliter submitrant,
eique in omnibus cre-
dant & obtem-
perent.

Colly-
rii hære-
ticorū.

Id è non
ab omni-
bus, sed
ab humi-
libus tam
iùm legi
debent
Scriptu-
ra, ex cõ-
paratione
gladij &
maris.

4. Sunt au-
tem sacra
Scriptura
difficili-
ma, ideo-
que ex-
tiosa ma-
gisterio
explican-
da.
2. Pet. 3.
Charissimus inquit, frater noster Pat-
rus secundum datam sibi sapientiam scri-
psit vobis, sicut & in omnibus Epistolis,
loquens in eis de his: in quibus sunt quæ-
dam difficulta intellectu, quæ indocti &
instabiles depravant, sicut & ceteras
Scripturas, ad suam ipsorum perditionem.
Vos igitur fratres præscientes custodite,
ne insipientium errore traducti, exci-
datis à propria firmitate. Hæc Pe-
trus Apostolus, Cujus discipulus,
atque in summo, id est, Romano
Pontificatu successor, & Martyr
gloriosus, Clemens, in quadam
Epistola sua de eisdem Scripturis
ita loquitur: Diligenter observandum
est, ut lex Dei, cum legitur, non secun-
dum proprii ingenij intelligentiam lega-
tur v. l. doceatur. Sunt enim multa
verba in Scripturis divinis, quæ possunt
trahi ad eum sensum, quem sibi unus-
quisque præsumpserit: sed hoc fieri non
debet. Oportet ab eo intelligentiam
discere Scripturarum, qui eam à ma-
joribus secundum veritatem sibi tradi-
tam servavit. Vnde consilium dantes,
vestrâ prudentiam hortamur, ut ab Apo-
stolicis regulis non recedatis: sed com-
munem vitam ducentes, * & Scriptu-

* Primi
Clerici
Ecclesiæ
commu-
nem &
cenobi-
ticam
vitam
duce-
bant.

Colly-
rii hære-
ticoꝝ
Lib. 2.

CAPUT IV.

Quòd divinarum Scripturarum veram
intelligentiam non habeant hæretici, &
quòd eis illæ sint in laqueum. Vbi etiam
de abstinentia ab esu carniùm, &
& jejunijs Ecclesiæ
agitur.

1. Hæretici non habent veram intelligentiam
Scripturarum:

2. Sed eas potius esse ipsi in laqueum, probatur
exemplo aperissimo jejunijs, pretextu Scripturarum
abrogati inter hæreticos.

3. Non tibi ipse in violatione jejunijs assumptum,
sed inobedientia peccatum, in statuto Ecclesiæ con-
sentiendo, polluit hominem.

4. Statuta ieiunia & Quadragesimalia ab ipsi
Apostolis instituta.

1.
Fermi
sensu
Scriptu-
ra non
habetur
apud hæ-
reticos.

Hæretici cum propriæ virtu-
ti ingenioque suo fidant, &
ab humilitate alieni, sanctorum
Patrum sive Ecclesiæ sanctissimas
interpretationes despiciant, non
assequuntur veram intelligentiam
sacrarum Litterarum. Habent
quidem in ore fidem, verbum Dei,
Evangelium Christi: sed tantum
à vera fide, à verbo Dei, ab Evan-
gelio Christi absunt, quantum ter-
ra à cælo disjungitur.

2.
Laqueum
fr. illu
Scriptura
non sola
nium.

Deus ita condidit suam Scri-
pturam, ut ipsis superbis hæreti-
cis sit in laqueum. Nam (exem-
pli gratiâ) quot hoc sæculo nostro
illa queantur his Domini Jesu ver-
bis, Non quod intrat in os, coquinat
hominem? Nolunt abstinere ab esu
carniùm, diebus quibus Ecclesiæ
abstinendum esse decernit: no-
lunt jejunare temporibus quibus
Ecclesiæ jejunium indicit, propte-
reà quòd Christus dixerit, homi-
nem non pollui his quæ intrant
in os.

Profectò non cibi genus, sed
inobedientiæ scelus eos polluit.
Nam bonus est cibus quem crea-
vit Deus: sed si prohibitus fuerit,
jam peccat is qui illum sumit. Ma-
lus non erat fructus quem homo
in paradiso, præceptum Dei trans-
gressus, comedit: quia tamen ino-
bediens fuit, poenas suæ transgres-
sionis dedit. Non damnat aliquem
cibum Ecclesiæ: sed æquissima ra-
tione statuit, ut fideles certis die-
bus à quibusdam abstineant, &
certis temporibus jejurent.

Post Christi ascensionem Apo-
stoli instituerunt jejunia: nam id
futurum prædixerat ipse Christus
his verbis: Venient dies cum auferetur
ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt. Un-
de: Iexagesimus octavus Canon
Apostolorum sic habet: Si quis Epi-
scopus, aut Presbyter, aut Diaconus, aut
Lector, aut Cantor, sacram Quadrage-
simam Paschæ, vel quartam Feriam, aut
Parasceven non ieiunaverit, deponitor,
nisi corporis imbecillitate impediatur: si
laicus sit, communionem privator. Ille
quoque fervens & verè ignitus
Martyr Dei Ignatius, sancti Joan-
nis Apostoli discipulus, in episto-
la quam scripsit ad Philippenses,
ait: Quadragesimam nolite pro nihilo
habere: imitationem enim continet Dei
conversacionis. Hebdomadam etiam
passionis nolite despiciere: quartâ & sex-
tâ Feriâ ieiunate. Hæc Ignatius.
Illa queantur (sicut dicebamus)
hæretici verbis sacre Scripturæ,
quam non sanè sed pravè inter-
pretantur. Quare rectè de eis di-
xit Psalmista: Pluet super peccatores
laqueos:

laqueos: ignis, & sulphur, & spiritus procellarum pars calicis eorum.

CAPUT V.

Quod descensus Christi ad inferos creditur, licet Scripturæ eum evidenter non exprimant: & quod Apostoli plurima tradiderunt, quæ in ipsis Scripturis expressa non sunt.

1. Descensu Christi ad inferos non habetur expressa in Scriptura, & tamen est fide credendus.
2. Apostoli multa tradiderunt, quæ in Scripturis non sunt expressa, sed per manus tradita.
3. Traditio de ritu Sacrificij Missæ, ex Dionysio Areopagita.
4. Alia traditio ex eodem, de ritu consecrandi Monachum.
5. Alia ex eodem de ritu sepultura & exequiarum.
6. Hunc Dionysium vidisse ipsos Apostolos & B. Virginem Mariam.
7. Traditio ex D. Clemente, de officijs Presbyteri, Diaconi & Subdiaconi, circa fragmenta Eucharistia, & ornamenta sacra.

1. **S**I ea sola pro ratis habenda sunt, quæ in divinis Scripturis invenimus evidenter expressa, certum non erit, Christum ad inferos descendisse, cum id sacræ Litteræ manifestè non exprimant. Et tamen ipsum descensum Christi ad inferos ecclesia firmissimè credit, edocta ab Apostolis, in quorum Symbolo de eodem Christo Domino dicitur, *Descendit ad inferos.*

2. Sanè Apostoli plurima suis temporibus in ecclesia utilissimè statuerunt, ex quibus nonnulla discipuli eorum scripto commendaverunt, pleraque sine scripto ab ipsis veluti per manus posteris tradita sunt, quæ ad nos usque permanent. Num, quæso, illa tanquam nullius auctoritatis idcirco rejij-

cientur, quod Apostoli ea non scripserint, & in catalogo sacramentorum Litterarum relata non sint? Absit. Opportunè item Paulus auditores suos admonet his verbis: *Fratres, stete, & tenete traditiones quas didicistis, sive per sermonem, sive per epistolam nostram.* Lucas enim in actis Apostolorum scribit de eodem Paulo, & de Sila ac Timotheo in hæc verba: *Cum pertransirent civitates, tradebant eis custodire dogmata quæ erant decreta ab Apostolis & senioribus.* Hinc habemus Canones Apostolorum.

Et divinissimus Dionysius Areopagita, beati Pauli Apostoli discipulus, martyrq; Christi inclytus, in libro què de ecclesiasticâ hierarchiâ ad Timotheum scripsit, luculentissimè explicat venerabiles ritus, qui ex Apostolorum traditione illis temporibus observabantur in sacramentis conficiendis administrandisque, & Monachis consecrandis, ac fidelium defunctorum exequijs celebrandis. Nam ut ritus & cæremonias aliorum Sacramentorum prætermittamus, de ritibus conficiendæ eucharistiæ, id est, de ritibus illius cælestis Sacrificij, in quo Sacerdos, juxta institutionem Christi proferendo hæc verba, *Hoc est corpus meum, Hic est calix sanguinis mei,* ipsam sacrosanctam & augustissimam eucharistiam conficit, idem Dionysius scribit hunc in modum: *Operæ pretium est illam (videlicet eucharistiam) exponere, & eius veluti corporalia lineamenta describere:*

Zzz 2

tum

Collyrij hæreticorum Lib. 10

2 Theff. 2

Act. 16

3. Ritus Sacrificij Missæ habetur in traditione, teste S. Dionysio.

1. De hac traditione habetur de sensu Christi ad inferos.

2. Multa aelia tradiderunt Apostoli verba non scripto per traditionem.

Colly-
rii hære-
ticorum
Lib. 1.

tum verò, ubi eam ex auctoritate Scri-
pturae sacerdotaliq; institutione didice-
rimus, ad illius contemplandam sacra-
tissimam dignitatem divino spiritu sub-
vehi. Et paucis interjectis addit:
Itaque Pontifex quidem, ubi orationem
sanctam supra divinum altare peregit,
ex ipso incensum adolere inchoans, om-
nem sani ambitum circumit. Deinum
ad sanctum altare iterum rediens, Psal-
morum incipit melos, concinentibus se-
cum sacra carmina omnibus Ecclesiasti-
ci ordinis gradibus. Deinde ministro-
rum officio lectio sanctarum Scriptura-
rum suo ordine recitatur. Porro mi-
nistrorum alij quidem pro clausis templi
foribus adstant, alij proprij aliquid mu-
neris agunt. Qui verò ipsius ordinis
præcipui sunt, unà cum Sacerdotibus
sanctum panem, & benedictionis cali-
cem sacrosanctis altaribus imponunt.
Ad hæc venerandus Antistes orationem
sanctissimam peragens, pacem sanctam
omnibus nuntiat: & cum se mutuo om-
nes salutaverint, mystica sanctorum re-
citatio fit. Vbi verò manus tum An-
tistes tum Sacerdotes aquâ laverint,
Pontifex ad medium divini assistit alta-
ris: circumstant autem soli cum Sacer-
dotibus electi quique ex ministrorum nu-
mero. At verò Pontifex cum divina
munera laude prosecutus fuerit, sacro-
sancta & augustissima mysteria conficit:
& quæ antè laudaverat venerandis opera-
ta atque abdita signis, in conspectum
agit: divinaque munera reverenter
ostendens, ad sacram illorum Commu-
nionem & ipse convertitur, & reliquos
ut communicent hortatur. Sumptâ de-
mum atque omnibus tradita Communio-
ne, gratias referens sinem mysterijs im-
ponit.

De ritibus verò quibus Mona-
chus consecratur, ipse sacer-
Dionysius ira inter alia loquitur:
Sacerdos ad eum accedens, interrogat
primùm an t renuntiet divisibilibus om-
nibus: deinde exponit illi perfectissimam vi-
tam. Vbi verò ille omnia intentè pro-
miserit, consignans eum Crucis signo Sa-
cerdos tondet, trinas divina Beatitudi-
nis personas inclamans: exutumque ve-
ste omni, aliam induit: & cum sanctis
alijs qui adstant viris ipsum salutans di-
vinorum mysteriorum participem facit.
Et paulò suprâ de ipsis monachis
sic scribit idem Dionysius: Sancti
præceptores nostri (nempè Apostoli)
divinis eos appellatombus sunt profecuti,
partim Therapeutas (id est, cultores)
à sincero Dei famulatu atque cultu, par-
tim Monachos ab individua & ngulari
vita appellantes.

Porro de cærimonijs & ritibus
quibus exequiæ fidelis defuncti
celebrabantur, ipse Dionysius lo-
quitur hunc in modum: Sumentes
defunctum ad Pontificem ducunt, quasi
coronis donandum sacris. Hunc ille li-
benter suscipit, eaque peragit, quæ di-
vino instituto sunt super eos qui sanctè
quiescunt. Coacto sancto cætu veneran-
dus Antistes (siquidem sacerdotalis or-
dinis fuerat qui obdormivit) ante san-
ctum altare inclinans eum, orationem
ad Deum inchoat, & gratiarum actio-
ne $\tau\epsilon\iota\pi\acute{\alpha}\sigma\upsilon\varsigma\ \acute{\alpha}\pi\omicron\tau\acute{\alpha}\sigma\tau\alpha\chi\ \tau\acute{\alpha}\varsigma\ \delta\iota\alpha\upsilon\epsilon\tau\omicron\iota\varsigma\ \tau\acute{\alpha}\iota\varsigma,\ \&\ \mu\omicron\nu\omicron\nu\omicron\nu\ \zeta\omega\acute{\alpha}\varsigma,\ \acute{\alpha}\lambda\lambda\grave{\alpha}\ \chi\ \rho\alpha\nu\tau\alpha\sigma\iota\alpha\varsigma.$
sic vertitur ab alijs: An renuntiet omnibus
dividijs, non solum vitæ, sed & imaginationibus.
Vocatur autem Dividuum in scholjs S. Ma-
ximi, quidquid ad vitam mundanorum per-
tinet, & in multas partes divisum est. Addi
potest, quod à Deo & divinis dividit aut se-
parat.

nem;

nem; si autem honestissimis Monachis, aut sanctæ plebi insertus erat, ipsum ad venerandum Sacrarium ante Sacerdotum reclinat ingressum, deinde precem cum gratiarum actione peragit Præsul. Demceps verò ministri verissima de nostra resurrectione promissa, quæ divinis inserta sunt eloquijs, recitantes, consentanea tandemque valentia canunt Psalmorum cantica. Postea accedens venerabilis Præsul, precem super defuncto sacratissimam peragit: & post orationem ipse quoque Pontifex, defunctum salutat, & post illum, qui adstant omnes. Vbi verò cuncti consalutaverunt, super defuncto fundit oleum Pontifex, & oratione pro omnibus defunctis factâ, honesto in loco ponit corpus cum equalibus alijs corporibus sanctis. Et postea addit idem Dionysius: Quenam verò de huiusmodi prece, quæ super defuncto peragit Præsul, ex divinis ducibus nostris (videlicet Apostolis) traditio pervenit ad nos, operæ pretium est ut dicamus, &c.

6. Verùm ne quis imperitus putet, præclarum hunc virum non vidisse Apostolos, & non esse illum Dionysium, cujus mentionem Lucas in Actis Apostolorum facit; adhuc unum ex monumentis ipsius proferemus testimonium, quo convincemus eum non solum vidisse Apostolos, sed etiam interfuisse sanctæ obdormitioni beatissimæ Deiparæ Virginis Mariæ. Nam in libro de Divinis nominibus, alloquens sanctum Timotheum cui scribit, hæc dicit: Apud ipsos divino spiritu plenos Pontifices nostros (nempè Apostolos) cum &

nos, ut nosti, & plerique ex sanctis fratribus nostris, ad convicendum corpus illud, quod auctorem vitæ Deumque ceperat, convenissemus (aderat autem & frater Domini Iacobus, & Petrus supremum decus antiquissimumque Theologorum columen) post convitum placuit, ut, &c.

Clemens etiam, Petri Apostoli discipulus, scribens ad ipsum sanctum Jacobum Jerosolymorum Episcoporum, ait: Sicut à beato Petro Apostolo accepimus omnium Apostolorum patre, qui claves regni celestis accepit, qualiter tenere debemus de Sacramentis quæ geruntur in sanctis, te ex ordine nos decet instruere. Tribus enim ordinibus commissa sunt Sacramenta divinorum secretorum, id est Presbytero, Diacono, & Ministro, qui cum timore reliquias fragmentorum Corporis Dominici custodire debent, ne qua putredo in Sacratio inveniatur: ne dum negligenter agitur, portio Corporis Dominici gravis inferatur iniuria. Et paulò post: De vasis sanè sacræ ita agendum est: Altaris palla, cathedra, candelabrum, & velum, si fuerint vetustate consumpta, incendio dentur: quoniam non debent ea quæ in sanctuario fuerint, malè tractari, sed incendio unversa

^a Græcè est, Θεοτόκος & Θεομήτωρ, quod significat corpus B. Virginis Mariæ, in quo velut hospitio exceptus est Deus auctor vitæ.

^b Doctores Iuris Canonici de Consecratione distinct. 2. can. 23. Tribus gradibus: ubi hæc verba Clementis ex Epistola 2. citantur, dicunt, Ministrum hic significare Subdiaconum, qui est tertius Ordo sacer.

Collyrii hæc rectorum Lib. 1.

7. Clemens traditio-nem docet de sacerdotum ministrorum officio & vestibus, & vestitu.

Colly-
rij hære-
ticorum
Lib. I.

tradantur. Cineres quoque eorum in baptisterium inferantur, ubi nullus transitum habeat: aut in parietem, aut in fossas pavimentorum mittantur, ne introeuntium inquinentur pedibus. Pallas & vela, quæ in ministerio sanctuarij sordidata fuerint, Diaconi cum humilibus ministris lavent: non eicientes è Sacrario velamina Dominicæ mense, ne fortè pulvis Domini Corporis malè decidat. De velis ianuarum cura sit Ostiarijs ex admonitione maiorum: ne quis negligens aut ignarus ad velum ianux domus Domini manus inconditè tergat, sed statim coërcitus discat omnis homo, quia velum atrij domus Domini sanctum est. Si fortè quispiam Presbyter vel Diaconus Sacrarij syndonem aut velum subtracta vendiderit, Iudæ Iscariotis similis estimabitur. Calicem ad perferendum Sanguinè Domini adoptatum cum omni munditia Minister præparet: ne non benè lotus calix Diacono offerenti cedat in peccatum. Ad hunc modum cum omni honestate cuncta, quæ supra exposuimus, debent impleri. Tales ad ministerium eligantur Clerici, qui digni possint Dominica Sacramenta tractare. Tandem in fine epistolæ ipse Clemens ista verba adijcit: Hæc præcepta à sancto Petro Apostolo accepi, & tibi frater charissime insinuare curavi, ut servari omnia præcipias sine macula. Rursum in altera epistola idem Clemens scribit in hunc modum: Hic (id est in præfati vita) positos oportet nos agnoscere voluntatem Dei. Quoniam in alijs locis sacrificare & Missas celebrare non licet, nisi in quibus Episcopus proprius iusserit, & eo loco qui ab Episcopo

Missæ non
nisi in co-
secrato
loco cele-
branda.

regulariter ordinato (tenente videlicet civitatem) consecratus fuerit. Hæc Apostoli à Domino acceperunt, & nobis tradiderunt: hæc nos docemus, vobisque & omnibus absque reprehensione tenere & docere mandamus. Hactenus Clemens. Satis jam (ut arbitror) liquet Apostolos multa tradidisse fidelibus, quæ non sunt expressa in Scripturis divinis: id quod etiam pleraque ex his quæ subjiciemus, commonstrabunt.

C A P U T VI.

Plures sententia Patrum Orthodoxorum de consuetudinibus & decretis Ecclesiæ, sive traditionibus institutisque majorum.

1. Quid de illis dicendum, qui negligunt Ecclesiæ traditiones & decreta, ex sancto Marjre Ignatio, & sancto Clemente.
2. Magnum testimonium sancti Irenæi de suprema Romanæ Ecclesiæ auctoritate, ejuque fidelium traditionibus.
3. Propugnat Traditiones sanctus Polycarpus.
4. Querimonia sancti Basilij de neglectu traditionum & decretorum Ecclesiæ.
5. Sanctus Epiphanius contra hæreses maxime urget auctoritatem & traditiones Ecclesiæ.
6. Itemque sanctus Ioannes Damascenus pro oratione pro defunctis, pro veneratione Crucis & sanctorum, atque imaginum.
7. Sancti Hieronymi doctrina de servandis fideliter Ecclesiæ traditionibus.
8. Sancti Augustini.
9. Vincentij item Lirinensis eius contaveri.

LIBET hic coacervare plures sententias Patrum Orthodoxorum de consuetudinibus & decretis Ecclesiæ, sive traditionibus institutisque majorum: ob id maxime, quod hæretici hujus temporis modis omnibus conentur abrogare quidquid sancta Mater Eccle-

ecclesia recepit, quod ipsis non placet. Igitur Ignatius, beati Iohannis evangelistae discipulus, in epistola quam scribit ad Heronem Daconum, ita loquitur: Omnis qui aliquid dixerit praeter illa quae tradita sunt, tametsi fide dignus sit, tametsi ieiunet, tametsi virginitatem seruet, tametsi signa faciat, tametsi propheta, lupus tibi appareat in grege ovium: corruptionem operans. Beatus Clemens, Petri Apostoli discipulus, in calce cuiusdam epistolae suae ait: In iudicio Dei ignis aeterni tormenta sustinebit, qui Ecclesiastica decreta neglexerit.

Clarissimus Martyr Christi Irenaeus, Polycarpi Martyris auditor, (quem Polycarpum discipulum Joannis Apostoli fuisse constat) tertio Adversus haereses libro ita scribit: Maxima, & antiquissima, & omnibus cognita, a gloriosissimis duobus Apostolis Petro & Paulo Romae fundata & constituta Ecclesiae, traditionem, quam habet ab Apostolis, & annuntiatam hominibus fidem, per successiones Episcoporum pervenientem usque ad nos, indicantes, confundimus: omnes eos quoquo modo, vel per sui placentiam pravam, vel per vanam gloriam, vel per caecitatem & malam sententiam, aliter quam oportet colligunt. Ad hanc enim Ecclesiam, propter potentioris principalitatem, necesse est omnem convenire Ecclesiam, hoc est, eos qui sunt ubique fideles: in qua semper conservata est ea quae est ab Apostolis traditio.

Et paulo post, Ea, inquit, quae est ab Apostolis in Ecclesia traditio, per-

venit usque ad nos: & Polycarpus non solum ab Apostolis edoctus, & conversatus cum multis ex his qui Dominum nostrum viderunt, sed etiam ab Apostolis in Asia, in ea, quae est Smyrnis, Ecclesiam constitutus Episcopus, quem & nos vidimus in prima nostra aetate (multum enim perseveravit: & valde senex gloriosissime & nobilissime martyrium faciens, exivit de hac vita) hic docuit semper quae ab Apostolis didicerat, quae & Ecclesiae tradidit, & sola sunt vera.

Deinde cum idem Irenaeus dixisset, Apostolos in Ecclesiam, quasi in dives depositorium, plenissime contulisse omnia quae sunt veritatis, addidit: Quid si neque Apostoli quidem Scripturas reliquissent nobis: nonne oportebat ordinem sequi traditionis, quam tradiderunt his quibus committebant Ecclesias?

Beatus Basilius magnus, in epistola quam scribit ad Occidentales episcopos, facit huiusmodi querimoniam. Tribulationes, inquit, nostrae vel nobis tacentibus vobis sunt cognitae, utpote quae in toto orbe sint divulgatae. Patrum decreta contemnuntur. Apostolicae traditiones nihili sunt, recentiorum hominum inventa Ecclesiis inferuntur: seniores ingemiscunt, dum vetera praesentibus comparant: iuvenes eò miserabiliores sunt, quod non videant quibus bonis privati sint.

Epiphanius Cyprensis eximia sanctitatis episcopus, in libro quem adversus haereses scripsit, refellens impia dogmata Aërij haere-

Collyrij haereticorum Lib. 1.

Denuo Irenaeum.

4. S. Basilius traditiones vehementer propagat.

5. S. Epiphanius urget traditiones contra haereticos.

Item S. Clemens.

2. S. Irenaeus de auctoritate traditionum & Romana Ecclesia.

3. Item S. Polycarpus pro eo narratio-ne S. Irenaei.

Colly-
gii hære-
ticorum
Lib. I.

hæretici, qui neque pro defun-
ctis orandum, neque diebus ab
Ecclesia præscriptis jejunandum
esse asserbat; inter cetera qui-
bus Ecclesiæ consuetudinem &
Patrum traditiones defendit, sic
loquitur: *Quis verò ista rectius no-
vit, hicne seductus homo qui adhuc su-
perest, & in vivis etiam nunc agit, an
Martyres qui ante nos fuerunt, quiq;
ante nos habuerunt in Ecclesia tradi-
tionem à suis Patribus acceptam, quam
& hi rursus à Patribus ante se viven-
tibus didicerant? Deinde paucis
interjectis addit idem Epipha-
nius: Quis poterit Matris statuta Pa-
trisque legem (ut verbis Salomonis
utamur) dissolvere? Nam Salomon,
Audi, inquit, fili sermones Patris tui,
& ne repellas leges Matris tue; osten-
dens quòd per Scripturam & sine Scri-
ptura docuerit Pater, hoc est, Deus,
Unigenitus, & Spiritus sanctus quodq;
Mater nostra Ecclesia leges habeat apud
se repositas indissolubiles, quæ everri non
possunt. Hæc Epiphanius.*

Prov. I.
& 6.

6

S. Ioan-
nes Da-
masce-
nus
laudat
tradi-
tionem
oran-
di pro de-
functis.

S. Joannes Damascenus cæle-
sti sapientiâ locupletissimus, in
Sermonem de Defunctis, in quo te-
stimonijs ex Dionysio Areopa-
pita, Joanne, Chrylostomo, Gre-
gorio Nysseno, & Athanasio
Magno adductis, comprobat,
preces eleëmofynas, & cetera pia
opera pro fidelibus qui obdormie-
runt peracta, plurimum prodesse
ipsis Defunctis, hæc dicit: *Hoc
est, quod vult ac consultit misericors
Deus, ut nos mutuo tam in vita quam
post mortem beneficijs prosequamur.
Nisi enim id in oculis eius rectum foret,*

*nunquam dedisset occasionem habende
memoriæ Defunctorum in Sacrificio
illo incurto, neque item celebra-
ndorum ternariorum, novenariorum,
quadragenariorum, & anniversario-
rum: quæ sanè inconcussa & ita certa,
ut de eis disputare non oporteat, Apo-
stolica Catholicaque Ecclesia, ac popu-
lus eius à Deo collectus, pietatig; dedi-
tus, absque omni contractione custodit.*

Idem ipse Joannes Damasce-
nus quarto libro Orthodoxæ fi-
dei, postquam ostendit nos ju-
stè adorare Crucem Dominicam,
venerari præsepium, sepulchrū,
& similia, ac non sine causa con-
verti ad Orientem dum Deo sup-
plicamus; addit hæc verba: *Non
est scripta ista Apostolorum traditio,
nam multa sine scripto nobis tradita
sunt. Rursum eodem libro post
illa omnia quibus copiosè decla-
rat nos debere beatam Virginem
Mariam Deiparam, ceterosque
Sanctos colere, eis templa eri-
gere, eos invocare, imaginibus-
que ipsorum honorem exhibere,
mox subdit: Hæc traditio scripta
non est: quòd autem plurima sancti
Apostoli tradiderint sine scripto, Pau-
lus gentium Apostolus testatur dicens:
Ergò fratres state & tenete traditio-
nes nostras, quas edocti estis sive per
sermonem, sive per epistolam nostram.
Et rursus: Laudo vos fratres, quia
per omnia mei meministis, & sicut tra-
didi vobis traditiones tenetis.*

Vir illustris beatus Hierony-
mus scribens Lucino Betico, ait:
*De sabbatho, quod quaeris, urum
jejunandum sit, & de Eucharistia, an*

Collyrii
Hereticorum
Lib. I.
Quotidianum
Romae &
in Hispania
p. 11.

accipienda quotidie, quod Romana
Ecclesia & Hispanica observare per-
hibentur; ego illud te breviter ad-
monendum puro, traditiones Eccle-
siasticas (praesertim quae fidei non
officiunt) ita observandas, ut à
majoribus tradite sunt, nec alio-
rum consuetudinem aliorum con-
trario more subverti. Atque utinam
omni tempore ieiunare possimus, Eu-
charistiam quoque semper accipere,
Psalmistam audire dicentem:

Psalm. 33.
G. state & videte quoniam suavis
est Dominus. Et paulò post, Vna-
quaque, inquit, provincia, praecepta
maiorum leges Apostolicas arbitretur.

8. Sanctus Pater Augustinus, pre-
clarum Ecclesiae fidus, in Epistola
ad Calulanum scribit hunc in
modum: In his rebus de quibus ni-
hil certi statuit divina Scriptura,
mos populi Dei & instituta maiorum
pro lege tenenda sunt: & sicut pra-
varicatores divinarum legum, ita
contemptores Ecclesiasticarum con-
suetudinum coercendi sunt.

9. Vincentius Lirinensis, vetu-
stus, pius & eruditus Scriptor, in
libro quem Adversus haereses edi-
dit, super his verbis beati Pauli
Apostoli, *Devita profanas vocum
novitates*, ita loquitur: Profanae
sunt, quae nihil habent sacri, nihil
religiosi, ab Ecclesia penetrabilibus
(quae est templum Dei) penitus ex-
tranea. Profanas, inquit, vocum
novitates, id est, dogmatum, rerum,
sententiarum novitates, quae sunt
vetustati, quae antiquitati contraria.
Quae si recipiantur, necesse est ut fi-
des beatorum Patrum aut tota, aut

certè magna ex parte violetur: ne-
cesse est ut omnes omnium aetatum fi-
deles, omnes Sancti, omnes casti, con-
tinentes, virgines, omnes Clerici, I. e.
viri & Sacerdotes, tanta Confesso-
rum millia, tanti Martyrum exer-
citus, tanta urbium, tanta populo-
rum celebritas & multitudo, tot in-
sulae tot provinciae, Reges, gentes,
regna, nationes, totus postremò iam
panis terrarum orbis per Catholicam
fidem Christo capiti incorporatus,
tanto saeculorum tractu ignorasse, er-
rasse, blasphemasse, nescisse quid cre-
deret, pronuntietur. Profanus, in-
quit, vocum novitates devita: quae
recipere atque sectari nunquam Ca-
tholicorum, semper verò heretico-
rum fuit. Et paucis interfectis ait
idem Vincentius: Cunctis eviden-
ter perspicueque monstratur, hoc apud
omnes ferè hereticos quasi solemne
esse ac legitimum, ut semper profa-
nis novitatibus gaudeant, antiqui-
tatis scita fastidiant, & per exposi-
tiones falsi nominis scientia, a fide
naufragent. Contra verò Catholi-
corum hoc ferè proprium, deposita
sanctorum Patrum & commissa ser-
vare, damnare, profanas novitates:
sicut praedixit, & iterum dixit Apo-
stolus, Si quis annuntiaverit pra-
terquam quod acceptum est, anathe-
ma sit. Haec tenus ex Vincentio
Lirinensi. Profectò insolenter
nimum infantiunt haeretici, qui
majorum praecipis & Ecclesiae
consuetudinibus atque decretis
contemptis, absurda alia, quae
pro suae voluntatis arbitrio se-
quantur, sibi somniant.

A a a a

C A-

collytii
Hæreticorum
Lib. I.

CAPUT VII.

Quod propter mala atq; abusus non oporteat Ecclesiam contemnere: quod etiam malis Ecclesia Pastoribus parere necesse est.

1. Non est contemnenda auctoritas Ecclesia, propter abusus aut peccata, qua in ea ejusq; Prælatu eveniunt:

2. Nec enim Regibus perit sua in subditos auctoritas, propter ipsorum Regum peccata;

3. Et Dominus in Scriptura expresse jubet, Pastoribus, alioquin malis, in doctrina tamen obedire.

4. Clementis Romani ea de re traditio Apostolica.

5. In hac vita Ecclesia habet bonos malis commixtos: in futura duntaxat fiet eorum ab invicem separatio.

I. *Ipsæ hæretici, ut auctoritatem Romanæ atque Apostolicæ Ecclesiæ deprimant, clamitant, innumera eademq; gravissima peccata & intolerabiles abusus in ea esse. Nos sanè nec volumus nec possumus negare quod manifestum est. Ceterû pijs pravos quoque commiseratione & gemitibus prosequuntur. Eos qui deberent probitatis exempla præcipuè commonstrare, sed iniquitatis exempla cõmonstrant, non per malevolentiam aspernantur, neque de eis detrahendi studio passim contumeliosè loquuntur; sed potiùs illos precibus apud Deû jvare contendunt. Magnis quidem desiderijs exoptant, ut corrupti mores in meliùs reformentur: non tamen se Præpositorum vel Sacerdotum iudices temerè constituunt. Multi iniqui sunt in Ecclesia. Verum est, dolendum est: multi laicorum,*

Ecclesia auctoritas non est spernenda, propter peccata eorum, qui in ea degunt, aut remigunt.

multi Clericorum, multi Monachorum non dignè secundum vocationem quâ vocati sunt, ambulant. Non tamen propterea perijt Ecclesiæ auctoritas, non propterea contemnenda est ipsa Ecclesia.

Nam sicut Regibus & Principibus sæcularibus (licet forte mali sint) subditos oportet esse Christianos: ita Antistitibus ac Pastoribus Ecclesiæ, etiam malis, eos debitam reverentiam debitamque obedientiam præstare necesse est.

De talibus enim Primatibus, non mala docentibus vel præcipientibus, Dominus JESUS istud pronuntiavit: *Omnia quaecumq; dixerint vobis, servate & facite; secundum verò opera eorum nolite facere.* Apostolus quoque, *Obedite, inquit, Præpositis vestris, & subjacete eis.* Rursumque ait: *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non enim est potestas, nisi à Deo: quæ autem sunt, à Deo ordinata sunt. Itaque qui resistit potestati, Deo ordinationi resistit: Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt.* In Deuteronomio etiam Scriptura divina dicit: *Qui superbiert, nolens obedire Sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Deo tuo, & decreto iudicis, morietur homo ille, & auferes malum de Israël: omnisq; populus audiens timebit, ut nullus deinceps innumescat superbia.* Alio item loco ait: *Quasi scelus idololatriæ est, nolle acquiescere.*

Operæ

collyrii
Hereticorum
Lib. I.
4.
Est et
Apostolorum
num tra-
ditio a-
pud S.
Clemen-
tam.

Operæpretium fuerit adduce-
re in medium etiam ea quæ de hac
re scribit Clemens Petri Apostoli
discipulus. In quadam enim Epi-
stola ita loquitur: *Si vobis Episco-
pis omnes Presbyteri, Diaconi, &
Subdiaconi, reliquique Clerici non
obedierint; si Principes omnes tam
majoris quam inferioris Ordinis,
atque reliqui populi, tribus, & lin-
gua non obtemperaverint, extorres
a regno Dei & consortio fidelium,
atque a liminibus sanctæ Dei Ecclesiæ
alienentur.* Et infra in eadem E-
pistola, *Qui, inquit, Episcopis non
obediunt, indubitanter rei & reprobi
existunt: de quibus etiam B. Petrus
instructor & ordinator noster, ac
princeps Apostolorum, manifestè
cunctos audientes instruebat dicens:
Qui Episcopis resistit aut inobe-
diens fuerit, non his sed Domino
Salvatori nostro, cujus legatione
funguntur, resistit.* In alia quoque
Epistola Clemens, narrans beato
Jacobus ea quæ docere solebat Pe-
trus, (cujus ipse individuus com-
mes fuerat) scribit hunc in mo-
dum: *Quotidiana illius predicatio
he erat, quam tibi frater charissime
significare curavi. Bonorum, in-
quit, operum semina sunt, Deum,
quantum unusquisque sapit & po-
test, totis intimi cordis visceribus
diligere, & proximum sicut seip-
sum. Paucisque interjectis addit:
Episcoporum præceptis in omnibus
obedite, etiamsi ipsi aliter (quod ab-
sit) agant: memores scilicet illius
Dominici præcepti, Quæ dicunt fa-
cite, quæ autem faciunt, facere no-*

lite. Obedientia & humiliatio quæ
Magistris impenditur, Domino ex-
hibetur. Hæc ex Clemente.

Ergo, sicut dicebamus, non
propter malos contemnenda est
Ecclesia. Non idcirco vituperan-
dus est honorabilis ordo vel Epi-
scoporum, vel Sacerdotum, vel
Monachorum, quod plures perdi-
tè viventes habeat: neque enim
sacrum Apostolorum ordinem
idè non veneramus, quod Judas
in eo tam sceleratus fuerit ut Chri-
stum traderet. Sicut autem in
Ecclesia multi sunt mali, ita sunt
& multi boni. Ipsa enim est sa-
gena bonos malosque pisces pa-
riter complectens: ipsa est area,
grana simul & paleas continens.
Quamdiu hic vivitur, necesse est
ut boni cum malis permaneant,
eosque tollerent: postea Domi-
nus separabit malos à bonis. Hæ-
retici dum quasi separare se vo-
lunt à malis, præcidunt se ab Ec-
clesia: vel hinc apertè demon-
strantes, quod non solida grana,
sed levissimæ paleæ sint: nam si
grana essent, non eos ab area Do-
minica ventus superbiæ excute-
ret.

5.
Mali e-
nim &
boni com-
mixti
sunt in
Ecclesiâ
militan-
te: in tri-
umphan-
te nemo
erit ma-
lus.

Matt. 13
Luc. 8.

CAPUT VIII.

Quod hereticis ab Ecclesia separa-
tis, & charitatem non habenti-
bus, nihil profint bona quæ ipsi
facere videntur.

1. Nullum genus bonorum operum prodest
heretico, quamdiu in hæresi perseverat, & extra
veram charitatem manet.

2. Hæreticus, quantumvis aliàs benè vivat,
non intrabit in regnum celorum, ob veram fidei de-
fectum.

Aaaa 2

Jam

collyrii
Hæreti-
corum
Lib. I.

1.
Hæreticus
nō potest
prodesse,
quidquid
boni ope-
rantur;
eum nil
agant
aut pati-
antur re-
sile ad
salutem.

1. Cor.
13.

JAM ab Ecclesia præcisi hæretici,
licet in virulentis libris, quos
edunt, nonnunquam bona inter-
misceant; licet aliqua, quæ ex se
utilia sunt, doceant; licet eleemo-
synas faciant, & precibus dediti
sint; licet tormenta, atque ipsam
mortem intrepidè subeant, ni-
hil eis profunt illa omnia; quia
charitatem non habent, nec
habere possunt, cum Ecclesiæ
Catholicæ unitatem, videlicet
tunicam Christi inconsutilem,
per nefarias sectas discindere ni-
tantur. Verissima enim sunt hæc
verba Pauli Apostoli: *Si linguis,
inquit, hominum loquar, & Ange-
lorum, charitatem autem non ha-
beam, factus sum velut aes sonans,
aut cymbalum tinniens. Et si habue-
ro prophetiam, & noverim mysteria
omnia, & omnem scientiam: & si
habuero omnem fidem ita ut mon-
tes transferam, charitatem autem
non habuero, nihil sum. Et si distri-
buero in cibos pauperum omnes fa-
cultates meas, & si tradidero corpus
meum ita ut ardeam, charitatem
autem non habuero, nihil mihi pro-
dest.*

2.
Nec un-
quam ca-
lorum re-
gnum in-
gredien-
tur, quæ-
sumvis
aliâ be-
nè vi-
vant.
Gal. 5.

Qui B. Apostolus, postquam
opera carnis alio loco enumeras-
set, & inter illa sectas sive hæreses
expressisset, terribili sententia
mox subjecit: *Prædico vobis, sicut
prædixi, quoniam qui talia agunt,
regnum Dei non consequentur.* Hinc
sacer Præsul Augustinus in libro
de Fide ad Petrum ait: *Firmissimè
tene, & nullatenus dubites, quem-
libet hæreticum sive schismaticum,*

*si Ecclesia Catholica non fuerit ag-
gregatus, quantascunque elemosy-
nas fecerit, etsi pro Christi nomine
etiam sanguinem fuderit, nullatenus
posse salvari.* Idem beatus An-
tistes quarto libro de Baptismo
adversus Donatistas, scribit in
hæc verba: *Constituamus aliquem
castum, continentem, non avarum,
non idolis servientem, hospitalem,
indigentibus ministrantem, non cui-
quam inimicum, non contentiosum,
patientem, quietum, sobrium, fruga-
lem, sed hæreticum: nulli utique
dubium est, eum propter hoc solum,
quod hæreticus est, regnum Dei non
possessurum.*

CAPUT IX.

*De unitate Fidelium, & quòd unius
Dei unica sit Ecclesia, extra
quam nulli salus esse possit.*

1. Consensu & unitas ejusdem fidei per orbem, nota est vera Ecclesia.
2. Illa una Ecclesia, est Romana Catholica,
3. Quæ sola est & semper erit firmamentum veritatis, & salutis arca per allegoriam diluvii Noëti.

APOSTOLUS vociferatur, ad-
monet, precatur, & dicit: *Solliciti sitis servare unitatem spi-
ritus in vinculo pacis. Unum cor-
pus, & unus spiritus, sicut vocati
estis in una spe vocationis vestre.
Unus Dominus, una fides, unum
baptisma.* At hæretici vocem
hanc Apostolicam non audiunt.
Persuadeant sibi sanè quod vo-
lunt: non possunt esse tot Eccle-
siæ, quot emergunt hæreses &
sunt schismata. Et si plures di-
cun-

collyrii
Hære-
corum
Lib. I.
cuntur Ecclesiæ, propterea quòd
plures in orbe terrarum sint fide-
lium congregationes & catervæ;
omnes tamen in unitatem Or-
thodoxæ fidei convenientes, u-
nam efficiunt Ecclesiam. Ea per
totum mundum unam servat fan-
ctæ communionis integritatem.

bilis tamen atque insuperabilis <sup>arca sa-
luti.</sup>
in una eademque fide hactenus ^{1. Tim. 3}
permanit, & in æternum per-
manebit. Cum hac enim Chri-
stus se futurum omnibus diebus
usque ad consummationem sæ-
culi promisit: de hac dixit: *Por-
ta inferi non prevalebunt adver-
sus eam.* Hæc est arca illa Noë,
intra quam quicumque non est,
ut diluvio absorptus pereat ne-
cesse est. Hæc est illud corpus
Christi mysticum, à quo quod-
cunque membrum separatum fu-
erit, vivere non potest. O pro-
fundam cæcitatem i ò miseran-
dam dementiam infelicissimorū
hæreticorum, qui venerabilem
illam DEI domum (extra quam
nullus DEO placere potest) re-
liquerunt! ad quam nisi humi-
liati atque obedientes reversi fue-
rint, nisi Ecclesiæ Catholicæ
unitatem tenuerint, quantum-
cunque probi ac justi esse videan-
tur, eos ex hac vita migrantes
non gaudia cæli, nec remedia
Purgatorii, sed æternæ dam-
nationis supplicia
excipient.



2. Unius ergo Dei una est Eccle-
sia, unius viri Christi una spon-
sa, sicut Paulus spiritus Dei ple-
nus ait: *Despondi vobis uni viro vir-
ginem castam exhibere Christo.* De
qua sua unica ipse Christus ad Pa-
trem in Psalmo, *Erue, inquit, de
manu canis unicum meam.* De qua
rursum dicit: *Una est columba
mea.* Ista unica nimirum ea est,
quæ hoc sæculo nostro ab hære-
ticis Papistica, à nobis dicitur
Apostolica atque Catholica, id
est, universalis. Ipsorum hæ-
reticorum recens nata sive nuper
refuscitata Synagoga, dogmati-
bus nescio quibus malè ebria, in-
constans & insana, (quæ insti-
tuta traditionesque majorum, &
fidem quam Apostoli Apostolo-
rumque discipuli, ac Martyres,
ceterique Sancti omnes tenuerunt,
impugnare) non potest esse il-
la unica, non potest esse illa veri-
tatis columna.

3. Catholica verò planè firma-
mentum veritatis est; quæ licet
variis vel hæreticorum vel eth-
nicorum assultibus serè semper
imperita pulsataque fuerit, ita-

collyrii
Hæretico-
rum
Lib. II.

COLLYRII
HÆRETICORUM
LIBER POSTERIOR.

CAPUT I.

De arrogantia & impiis dogmatibus hæreticorum hujus temporis. Estq; synopsis disputationum hujus libri.

1. Enumerat præcipuas hæreses hujus temporis, quas postea singulas per ordinem confutat.
2. Hæretici negant, quidquid illi displicet: & quoscumque possunt, illaqueant.

1. **P**ROFECTO, dum ego arrogantiam & impietatem hæreticorum ævi nostri memoria repeto, lacrymas continere vix possum. ^a Ipsi enim obtemperare Ecclesiæ nolunt: subesse ejus Præsulibus modis omnibus recusant. Summi Pontificis (qui supremus Christi Vicarius est) primatum nihili æstimant. Apostolicæ Sedi petulanter insultant. Monstruosæ confusionis sectatores, divinæ ordinationis insectatores, visibilem Ecclesiam sine visibili capite in terris esse volunt. ^b Inter laicos & Clericos nihil discriminis constituunt: in sanctum Sacerdotium ceterosque Ordines sacros contumeliosi sunt. ^c Sacramentalem salutiferamque exomologesim, quam coram Sacerdote, peccata nostra aperiendo atque enumerando, facimus, explodunt & exhibitant.

Deplorat
& recenset
hæreses
præcipuas
nostri
temporis
numero
sedem
deinceps
per
sedem
capita
ordine
refutandas.
a. Refutatur
Cap. 2.

b cap. 3.

cap. 4.

^d Blasphemiæ acervos in il- ^{d cap. 4.}
lum divini amoris omniumque
bonorum fontem sacram Eucha-
ristiam, & in cæleste illud Missæ
Sacrificium, in illa inquam inef-
fabilis dignitatis mysteria, barba-
rica paganicaque irreverentia cõ-
gerunt. ^e Sanctæ Unctionis Sa- ^{e cap. 4.}
cramentum, quod fidelibus mor-
ti vicinis ministratur, tanquam
rem inanem irrident atque rejici-
unt: imò verò plerique ex eis
consecratum Oleum calcis suis
inungendis (ò scelus nefandum!)
jam adhibuisse perhibentur. ^f De ^{f cap. 4.}
præcellentiſſimæ Deiparæ virgi-
nis Mariæ dignitate, quantum
possunt derogant. ^g Cultum ei ^{g cap. 4.}
impensum, & venerationem San-
ctis Beatisque cæli civibus exhi-
bitam, insolentissima temeritate
damnant; eos non debere invo-
cari insipientissimè deblaterant,
^h eorum honorandas imagines ^{h cap. 4.}
templis ejiciunt. ⁱ Purgatorium ^{i cap. 4.}
fabulam dicunt: unde etiam pro
defunctis orandum esse negant. ^k ^{k cap. 4.}
Proterva dicacitate & ritu usum
Aquæ benedictæ ac cereorum, ex-
ternosque ^l ritus & dies festos ^{l cap. 4.}
in Ecclesia Dei receptos incessunt.
^m Arbitrium hominis liberum nõ ^{m cap. 4.}
esse, & fidem sine bonis operibus
ad salutem sufficere ganniunt. ⁿ ^{n cap. 4.}
Monachismum detestantur: eum
novum hominem commentum
esse dicunt. ^o Nuptias ira lau- ^{o cap. 4.}
dant, ut virginitati detrahant. Ho-
minem non posse continenter vi-
vete, ob idque non debere conti-
nentiam vovere, pronuntiant: &
si quis

CAPUT II.


*De obedientia præstanda Ecclesie
atque Antistitibus, & de Summi
Pontificis Sedisq; Apostolicæ pri-
matu.*

1. Proprium esse hæreticorum, Summi Pontifici primatum negare, docet S. Cyprianus.
2. B. Anacleti assertio & probatio primatus Romani ex Scripturis.

collyrii si quis illam voverit, ac postea vo-
rum violaverit, nihil talem offendisse,
nihil in Deum peccasse iudicant. Incesta Sacerdotum, Monachorum,
ac Virginum Deo sacratarum connubia approbant. p
Cap. 16 Cælibatum omnemque carnalium voluptatum ab-
Cap. 17 stinentiam parvipendunt. 9 Libertatem carnis,
libertatem Evangelicam appellant.

2. Breviter, quidquid eis libet, etiam licere putant: atque ita rabie quadam correpti, suas animas in gehennam confidenter præcipitant. Magnum illis studium est, quàm plurimos in eandem secum perditionis massam illicere: & ubi aliquem veneno pestiferæ persuasionis infecerint, tum mirificè exultant atque gloriantur. Ajunt talem jam verè illuminatum, feliciterque immortali semine verbi Dei renatum esse. Deus bone, in quæ tempora incidimus nos! Quàm indignè hoc nostro sæculo ab istiusmodi hæreticis profanantur omnia! Quanta ipsi feritate in sponsam Christi Ecclesiam debacchantur! Sed operæ pretiū est, ut adversus impiam eorum temeritatem, præter illa quæ supra in medium protulimus, adhuc aliqua breviter adducamus.

* * *



CHRISTIANOS omnes debere obedire Ecclesie, debere subesse ejus Antistitibus, abundè in prioribus Libro fuit demonstratum. Quòd autem hæretici primatum Summi Pontificis & eminentiam Sedis Apostolicæ despiciunt atque impugnant, hoc faciunt quòd sibi proprium est. Nam beatus Dei Martyr Cyprianus scribens ad S. Cornelium, ita loquitur: *Non aliunde hæreses oborte sunt, aut nata schismata, quàm inde quòd Sacerdoti non obtemperatur, nec unus in Ecclesia ad tempus iudex vice Christi cogitur.*

De ipso Supremo Pontificis & Sedis Apostolicæ primatu sanctus Anacletus Petri Apostoli discipulus, in quadam Epistola sua scribit hunc in modum: *Sacro sancta Romana & Apostolica Ecclesia non ab Apostolis, sed ab ipso Domino Salvatore nostro primatum obtinuit & eminentiam potestatis super universas Ecclesias, ac totum Christiani populi gregem assecuta est, sicut ipse beato Petro Apostolo dixit: Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam, & porta inferi*

1. Summi Pontifici primatum semper assertur hæretici, teste S. Cypriano.

2. S. Anacletus primatum Pontificis adstruit.

Matt. 16

collyrii
Hæreticorum
Lib. II.

feri non prævalebunt adversus eam: & tibi dabo claves regni celorum, & quaecunque ligaveris super terram, erunt ligata & in calo; & quaecunque solveris super terram, erunt soluta & in calo. Adhibita est etiam societas in eadem Romana urbe beatissimi Apostoli Pauli vasis electionis, qui uno die, uno quoque tempore, gloriosa morte cum Petro sub Principe Nerone decertans coronatus est; & ambo sanctam Romanam Ecclesiam consecrarunt, aliisque omnibus urbibus totius mundi, eam sua presentia atque venerando triumpho præulerunt. Et paulo infra idem Anacletus ait: Inter beatos Apostolos quædam fuit discretio: & licet omnes essent Apostoli, Petro tamen à Domino est concessum, & ipse inter se id ipsum voluerunt, ut reliquis omnibus præesset Apostolis: & Cephas, id est, Caput, teneret principatum Apostolatus. Hæc Anacletus.

Litteræ, & Apostolorum Canones, & scripta eorum qui cum Apostolis conversati sunt, continent. Beatus Ignatius, Joannis Apostoli discipulus, in Epistola quam scripsit ad Trallianos, inter cetera quibus commendat dignitatem Episcoporum, Sacerdotum, & Diaconorum, ait: Episcopo subiecti estote sicut Domino, Presbyteris subditi estote sicut Apostolis: oportet etiam & Diaconis, qui sunt in ministerio IESU Christi, omni modo placere. Sine ipsis Ecclesia electa non est, neque collectio Sanctorum, neque congregatio sancta. Hæc Ignatius.

Divus Joannes Chrysostomus loquens de Sacerdotibus, præstantiam eorum hujusmodi verbis effert: His, qui terram incolunt, atque in ea versantur, commissum est ut ea quæ in calis sunt dispenserent: datum est, ut potestatem habeant, quam neque Angelis neque Archangelis datam esse voluit Deus. Quid hoc aliud esse dicas, nisi omnem rerum caelestium potestatem illis à Domino concessam? Quorumcunque enim, ait, peccata remisistis, remittuntur eis; & quorumcunque retinueritis, retenta sunt. Rursum ipse Chrysostomus dicit: Cum Sacerdos Spiritum sanctum invocaverit, Sacrificiumque illud horrore & reverentia plenissimum perfecerit, communi omnium Domino manibus assidue pertractato, in quorum illum ordine, quaeso te, collocabimus? Itemque ait: Sacerdotum quidem in terra peragitur, ceterum in celo

CAPUT III.

De discrimine inter laicos & Clericos.

1. Discrimen inter Clericos & laicos, quod illi præsent, hi vero subsint, in rebus spiritualibus, ex sancto Ignatio.
2. S. Chrysostomus docet, si solis Sacerdotibus convenire auctoritatem remittendi peccata, & Sacrificium offerendi.
3. Laici vocantur aliquando Sacerdotes & Reges, propter internam pietatem, non propter externum officium aut sacrificium.
4. Idem fuerit Clericorum ordines tempore Apostolorum, qui nostro sunt.

1. **D**e discrimine quod est inter laicos & clericos, & eos qui Sacris sunt initiati, multa & divinæ

collyrii
Hæreticorum
Lib. II.

rum celestium classem ordinemq; referendum est. Hæc Chrysostomus.

3.
Quo sensu
omni-
do possint
laici Sa-
cerdotes
vocari.
1. Pet. 2.

Omnes quidem Sancti aliquando dicuntur in Scripturis Sacerdotes, propterea quod spirituales hostias offerant Deo: sicut etiam dicuntur Reges, eod quod regant suos affectus: sed non nisi hi qui ab Episcopo consecrantur, externo Sacerdotio fungi possunt.

Idem
Saculo ad
possibile
sacri Or-
dine, qd
dicitur, no
minibus
vocati
quibus
nostra a-
tate, ex
S. Igna-
tio.

Temporibus Apostolorum eadem erant sacrorum Ordinum nomina, quæ modò sunt in Ecclesia. Unde Ignatius in Epistola ad Antiochenos scribit ita: *Saluto sanctum Presbyterum vestrum, saluto sanctos Diaconos, saluto Subdiaconos, Lectores, Cantores, Ostiarios, Laborantes, Exorcistas, atque Confessores.*

CAPUT IV.

De Confessione sacramentali.

1. Confessionis auricularis Sacramentum probatur ex sacra Scriptura:
2. Ex testimonio sancti Clementis:
3. Ex auctoritate clarissima sancti Cypriani.
4. Publica secretorum confessio ab Ecclesia non injungitur.

1. Ex Scri-
ptura cõ-
fessio au-
ricularu
ostendit-
ur.

EXOMOLOGESIM sacramentalem à Christo institutam fuisse, certum est, qui Sacerdotibus dedit potestatem absolvendi homines à peccatis, dicens: *Quorum remisistis peccata, remittuntur eis.* Neque enim Sacerdos potest remittere peccata sibi incognita. Quare ut per ipsum Sacerdotem concedatur peccatorum absolutio & remissio, necesse est ut per eum qui peccavit, fiat peccato-

rum confessio declaratioque.

2.
Et idem
docet S.
Clemente.

Hinc Clemens Petri Apostoli discipulus scribens sancto Jacobo Jerosolymorum Episcopo, inter multa alia quæ se ab ore ipsius Petri accepisse testatur, hæc etiam ponit. *Si forte, inquit, alicujus cor vel livor, vel infidelitas, vel ali- quod aliud malum latenter irrepserit, non erubescat, qui anima sue curam gerit, confiteri hæc ei qui præ est: ut ab ipso per verbum Dei, & consilium salubre curetur, quò possit integrâ fide & operibus bonis pœnas æterni ignis effugere, & ad perpetua vitæ præmia pervenire.*

3.
Et S. Cy-
priani, suolentia
sententia.

Cyprianus Martyr in Sermonede Lapsis, verba faciens de his qui corde duntaxat peccaverunt, ait: *Quoniam de ea re vel cogitaverunt, hoc ipsum apud Sacerdotes Dei dolenter & simpliciter confiteantur, exomologesim conscientia sua faciant, animi sui pondus exponant, salutarem medelam parvis licet ac modicis vulneribus exquirant. Et paulò post: Confiteantur singuli, queso vos fratres, delictum suum, dum adhuc qui deliquit in sæculo est, dum admitti ejus confessio potest, dum satisfactio & remissio facta per Sacerdotes apud Dominum grata est.*

4.
Publica
confessio
abrogata.

In publica pœnitentia solebat olim palàm fieri confessio; sed ea consuetudo justè postea abrogata fuit.

collyrii
Hæreti-
corum
Lib. II.

CAPUT V.

De sacrosancta Eucharistia.

1. Realem præsentiam Corporis Christi per transubstantiationem in Eucharistia docet Damascenus, ex verbis Christi; ex fide incarnationis & creationis; ex illustri varicinia Malachia.
2. Eandem doctrinam gravissimis verbis prædicat sanctus Chrysostramus.
3. Non est figura in verbis consecrationis, & verbo substantivo est.
4. Concedere figuram in similibus, est aperire januam absurdissimis erroribus.
5. Fides Catholica de venerabili Sacramento.
6. Adjuvatur exemplis naturalium.

I.
S. Ioannes
Damas-
cenus do-
cet rea-
lem præ-
sentiam
Christi in
Euchari-
stia.
Matth.
26.

BLASPHEMIAS, quibus hæretici sacrosanctam Eucharistiam modò impetunt, vel solus Ioannes Damascenus retundere poterit, qui de illa quarto libro Orthodoxæ fidei loquitur in hunc modum: *Non est figura Corporis & Sanguinis Christi, (absit enim hoc) sed est ipsum Corpus Domini deificatum, ipso Domino dicente,*

Hoc est, non figura Corporis mei, sed Corpus meum: nec figura Sanguinis, sed Sanguis. Et, Caro mea verus est cibus, & Sanguis meus verus est potus. Si volens Deus Verbum factus est homo, & ex sancta semper

Virginis puris atque illibatis sanguinibus sibi carnem subsistere fecit; non potest panem Corpus suipsum facere, & vinum Sanguinem? Dixit

*in principio, Producat terra herbam virentem; atq; hætenus, * pluvia facta, terra producit sua germina, & divino adiuta vigorataq; præcepto. Dixit Deus, Hoc est Corpus meum; & Hoc est Sanguis meus; & Hoc facite in meam commemorationem: &*

uique omnipotenti ejus præcepto id efficietur. Spiritus sancti operatione hæc super naturam operatur Deus, quod sola fides capere potest. Proinde cum omni timore & conscientia munda atq; indubitata fide accedamus, veneremurq; ipsum tota puritate animi & corporis. Hæc est incruenta illa Hostia, quam ab ortu Solis usq; ad occasum sibi offerri per Prophetam Dominus dicit, Corpus videlicet & Sanguis Christi. Dicitur Communio, & est reverè: quia communicamus per ipsam Christo, & participamus eius carne ac Divinitate, nobisque mutuò per illam communicamus & unimur. Hætenus Damascenus,

Divus Ioannes Chrysostramus libro tertio de Sacerdotio scribit in hæc verba: *Dum conspicias Dominum immolari, Sacerdotem sacrificio incumbere, precariq; de super, & turbam omnem pretioso illo Sanguine rubescere, etiamne te adhuc inter mortales versari atque in terra consistere censes? ac non potius repente in calos transferris, omnemq; cogitationem carnis abiciens, nudo animo, mente pura circumspicias que in celo sunt? O magnum miraculum! O magnum Dei erga humanum genus benevolentiam! &c.*

Hæretici verba illa Domini, *Hoc est Corpus meum*, hæc satanica interpretatione depravant. Verbum, inquit, est debet reddi per Verbum significat: ut sit sensus, *Hoc significat Corpus meum*; quemadmodum ibi, *Petra erat Christus*, id est, significabat Christum.

collyrii
Hærci-
corum
Lib. II.
si pas-
tin in Eu-
charistia
i. Cor.
40.

stum. O impietatem detestanda ! Atqui Paulus figuratè dicens, *Petra erat Christus*, non asserit Christum esse petram corpoream, sed petram spiritualementem : id quod verba ejus mox præcedentia testantur, dum dicit, *Bibebant autem de spiritali, consequente eos petra.*

4. Si liceret in explanatione Scripturarum ita abuti Verbo substantivo, latissima pareret via ad inauditas hæreses suscitandas. Et quid stolidius absurdiusque foret, quàm dicere, sententiam hanc, *Ego sum pastor bonus*, sic esse interpretandam, Ego significo pastorem bonum, vel, Figura sum pastoris boni? Non minùs ineptum impiumque fuerit, dicere, verba illa Dominica, *Hoc est Corpus meum*, sic esse reddenda, Hoc significat Corpus meum, aut, Hoc est figura Corporis mei.

5. Nos Ecclesiæ filii firmissimè credimus, sub specie panis Corpus Christi non minùs verè esse in Eucharistia, quàm est in cælo. Credimus, ad prolationem sacratissimorum verborum, virtute divina, non Sacrificantis merito, panem vinumque converti in Corpus & Sanguinem Christi; adesse verum Corpus Domini in altari cum numerosa Angelorum multitudine, & tamen ipsum idem in cælo ad dexteram Patris permanere.

6. Incomprehensibilia sunt ista. Fit ita, quia Deus vult ita, Deus ita instituit. Sanè si sensibili ex-

emplo hic uti licet, agnoscimus verbum ab homine prolatum & integrum audientium auribus excipi, & nihilominus integrum in proferente manere: iridem figuram hominis in objectis speculis efformari, & tamen ab homine non recedere.

CAPUT VI.

De Sacramento Unctionis infirmorum.

1. Sacramentum extrema Unctionis ex Epistola B. Jacobi evidentissimè probatur.
2. Institutum fuit ad alleviationem animæ, & (quando expedierit) etiam corporis.
3. Hujus usum in Ecclesia frequentissimum & antiquissimum.

SACRAMENTUM Unctionis, quod à Christo institutum infirmis administratur, Jacobus Apostolus promulgavit, sic scribens: *Infirmatur quis in vobis? inducat Presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei salvabit infirmum, & alleviabit eum Dominus: & si in peccatis sit, remittentur ei.*

Vir eximia & sanctitate & doctrina conspicuus Hugo à sancto Victore, libro secundo de Sacramento, colligit ex prædictis Jacobi Apostoli verbis, hoc Sacramentum duplici ex causa institutum fuisse: nempe ad peccatorum remissionem, & ad corporalis infirmitatis relevationem. Vbi etiam ait: *Qui hanc Unctionem fideliter & devotè percipit, per eam sine dubio & in corpore & in anima*

Bbbb 2

alle-

rati de
voce &
speculo.1.
S. Jaco-
biu clar-
issimè
docet Sa-
cramen-
tum Un-
ctionis
infirmor-
um.
lac. 712.
Alleviatio
animæ,
& (quã-
do expe-
dit) etiam
corpore, te-
te Hugo-
ne Victo-
riano.

collyrii
Hæreticorum
Lib. II.

alleviationem consolationemq; accipere meretur, si tamen expedit ut in utroque allevietur. Quod si forte corporis sanitatem atque valetudinem habere illi non expedit, illam procul dubio, quæ est anima, sanitatem & alleviationem in hujus Unctionis perceptione acquirit. Hæc ille.

3.
Semper
fuit ejus
usus in
Ecclesia.
Marc. 6.

Sancta consuetudo ungenti infirmos Oleo consecrato, semper in Ecclesia Dei sub novo Testamento fuit observata. Nam & in Evangelio legimus Apostolos oleo unxisse infirmos. Hujus unctionis meminit S. Chrysostomus tertio libro de Sacerdotio. Innocentius quoque, qui ante mille & centum annos universali Ecclesie præfuit, primus hujus nominis Pontifex Summus, in Epistola quam ad Decentium Eugubinum Episcopum scripsit, præclare de hac Unctione differit.

CAPUT VII.

De Deipara Virgine Maria.

1. Beata virgo Maria dignitate & gloria omnes Angelos antecedit.
2. Recte vocatur vita, spes, salus nostra: quia Deum titulos illos, aliosq; similes sermo suus communicat, qui ipsi tamen principaliter competunt.
3. Sanctus Chrysostomus B. Mariam invocant, & Angelicis choris præponit.
4. B. Bernardus eandem ut advocatam in omnibus causis opportunam prædicat.
5. S. Hieronymus Matrem virginem docet.

1.
B. Virgo
Maria
excellit
Angelos
dignitate.

MARIAM veram Dei genitricem non posse satis laudari, omnes pii fatentur. Ejus dignitas, omnium Angelorum dignitatem superat. Nam cum Do-

minum universæ creaturæ generit, ipsa quoque universæ creaturæ Domina est. DELIM virgo concepit, virgo peperit, & post partum virgo inviolata permansit. Merito itaque, juxta ipsius vaticinium, omnes generationes eam dicunt beatam.

Convenienter appellamus eam salutem, vitam, & spem nostram, propterea quod Christus, qui principaliter est salus, vita, & spes nostra, se per illam nobis dederit, quodque ipsa apud Filium maternam fiduciam nobis impetret quæ salutaria sunt. Aegrè ferunt hæretici, quod illam talibus appellationibus prosequamur: sed si scaperent & intelligerent, non ob id indignarentur. Sæpè enim ea quæ attribuuntur DEO Creatori, rectè attribuuntur etiam creaturis: aliter tamen Deo, atque aliter creaturis. Unde Paulus scribens Thessalonicensibus, dicit: *Quæ est nostra spes, aut gaudium, aut corona gloria? nonne vos ante Dominum?* Et hi ad quos sermo Dei factus est, vocantur dii. Apostoli quoque à Christo dicuntur *lux mundi*. Itidem adoratio invenitur laudabiliter exhibita creaturæ. Nam scriptum est, quod Abraham adoraverit filios Heth, & quod Jacob adoraverit fratrem suum Esau, quodque filii Prophetarum adoraverint Eliseum Prophetam.

In Liturgia Chrysostomi hæc verba de ipsa Maria habentur: *Vere dignum & justum est, glorificare*

Collyrij te Deiparam, & semper beatissimam, ac penitus incontaminatam matrem Dei nostri, honoratorem Cherubim, incomparabiliterq; gloriosorem Seraphim, qua circa corruptionem ipsum Deum genuisti: te verè Deiparam magnificamus. Ave Maria, gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui, quoniam Salvatorem peperisti animarum nostrarum. Sæpius etiam in eadem Liturgia verba ista iterantur; Sanctissima, intemerata, super omnes benedicta, gloriosa Domina nostra, Deipara & semper virginis Maria, atque omnium Sanctorum memoriam agentes, nos ipsos & invicem, atque omnem vitam nostram Christo DEO nostro commendamus.

4. Beatus Bernardus inter multa quæ de eadem Deipara Virgine scribit, hæc dicit: In periculo, in angustiis, in rebus dubiis, Mariam cogita, Mariam invoca. Non recedat ab ore, non recedat à corde. Et ut impetres orationis eius suffragiū, non deseras conversationis exemplum. Ipsum sequens, non devias; ipsam rogans, non desperas; ipsam cogitans, non erras; ipsa tenente, non corruis; ipsa protegente, non metuis; ipsa duce, non fatigaris; ipsa propitia, pervenis. Hæc Bernardus. Non potest gratus esse Filio, qui Matris honori detrahit.

5. Mariam post partum permansisse virginem, firmiter credit Ecclesia Dei. Unde perpetuam ejus virginitatem beatus Hieronymus

adversus blasphemias impuri Elvidii, insigni libello tutatus est.

latem B. Maria.

CAPUT VIII.

De veneratione & invocatione Sanctorum.

1. Honoratur Deus ipse honore illo, quem propter ipsum Sanctū ejus deferimus.
2. Secterius per ipsos aliquid à Deo postulamus, quam per nos ipsos.
3. Poterant alios apud Deum suis precibus adjuvare cum in terra viverent, quantum magis id nunc in cælis recepti poterunt?
4. Cognoscunt enim & audiunt preces ad se suas; quia omnia creata vident in Deo.
5. Propterea S. Basilii, aliq; sancti Patres populum sæpe ad eos invocandos hortantur.

DIABOLUS sciens cultum Sanctorum Deo plurimum placere, ingentemque utilitatem adferre fidelibus, eum per hæreticos abrogare molitur. Si non esset Deo acceptus honor qui Sanctis exhibetur, Psalmista lætundus non caneret; *Mihi nimis honorati sunt amici tui DEUS.* Ab ipso Deo Sancti honorantur, quemadmodum Christus ait: *Si quis mihi ministraverit, honorificabit eum Pater meus qui in cælis est.* Num, quæso, eos non venerabimur, quos DEUS in cælis honorat? Planè Sanctos colere, est Deum, qui illis sanctitatem contulit, honorare. Aliter ipsum DEUM, atque aliter Sanctos colimus: neque enim Sanctis veram illam patriam, quæ solùm divinæ naturæ competit, exhibemus.

Non potest non eximium fructum referre is, qui cultui Sanctorum deditus est, & eos piè atque humiliter invocat. Nam sicut di-

1. Honor de latu San-cti ipsi Deo deferunt, & in Deum redit Psal 118.

Ioan. 12

2. Per eos se unius adimus Deum quam per nos ipsos, ut affirmit S. Dionysius.



collyrii
Hæreti-
corum
Lib. I l.
per nosse-
for, ut
affirmat
S. Diony-
sius

vinus ille Dionysius Arcopagita Pauli discipulus, in calce libri de Ecclesiastica hierarchia testatur, Dei † munera convenientissimè petiit, qui per Sanctos illa petiit: qui verò Sanctos despicit, eorumque intercessionem sibi minimè necessarias apud Deum esse iudicat, nunquam utiliter consequetur ea que per se ipsum insolenter postulat.

3.
Si in ter-
ris positi
alios iu-
vabant,
cur non
cæli?

Igitur absque aliqua dubitatione credendum est, Sanctos, qui jam æternam beatitudinem sunt adepti, auxilium præstare his à quibus sanctè coluntur. Si enim ipsi Sancti, cum adhuc infirmitate mortalitateque carnis circumdati peregrinarentur à Domino, suis precibus alios iuvare poterant, atque iuvabant (unde Paulus Romanis scribens ait: *Obsecro vos fratres per Dominum nostrum IESUM Christum, ut adjuvetis me in orationibus vestris ad DEUM; quanto magis id facere possunt & faciunt, quando in cælis Deo intimiùs coniuncti, perfectiorem charitatem, pleniorèque potestatem obtinent.*

Rom. 15

4.
Sancti in
cælo pre-
ces ad se
à terra
suis con-
grosunt

Perpicuum autem est, eosdem gloriosos Cæli Cives agnoscere preces nostras propter ineffabilem illam unionem qua Deo felicissimè uniti sunt. Vnde in libro de Cognitione veræ vitæ, qui sub nomine Augustini editus est, ita legimus: *Cum anima nostra aliquid secundum Deum desiderant,*

† Nota. Lector, hæc quidem esse ipsissima verba S. Dionysii, sed ex fusiore ipsius discursu contracta & extracta.

& hoc sibi per Sanctos dari, sive corde, sive lingua, sive voce postulant: anima Sanctorum (quibus est idem audire quod videre, & è converso) desiderata eis à Deo impetrant.

Basilii Magnus, attendens prædictam unionem, qua Beati unijuntur Deo, in libro quem de Vera virginitate edidit, de Sanctorum Patrum spiritibus hæc dicit: *Nullus ex his est, qui non singula ubique consideret: etsi enim oculis carnis minimè conspicui sunt, incorporeis tamen obrutibus ad agnitionem complectuntur omnia & comprehendunt.* Ipse Basilii, itemque Chrysostomus, & ceteri Theologi sancti, conciones de Martyribus habuerunt, in quibus auditores suos hortabantur, ut solemnitates ipsorum Martyrum pia animi alacritate celebrarent, eorum sacras Reliquias religiosè venerarentur, ad eos tanquam ad præsentissimos auxiliores semper confugerent.

De Imaginibus Sanctorum.

1. Infert ex præcedentibus, rectè à nobis coli Imagines Sanctorum.
2. Neg. id in veteri lege prohibebatur, sed tantum non colerentur tanquam dii.
3. Concilium Nicenum II. explicuit & delevit cultum licitum imaginum sacrarum in Ecclesia.

Si justum est, ut Sanctos incorruptionis munere donatos, & cum Christo regnantes colamus, rectè etiam eorum imagines honoramus, ipsi que proclimamus; cum honorum imagini impensus referatur semper in suum exemplar, id

collyrii
Hæreticorum
Lib. II.

id est, in id unde imago deducta est, & quod ipsa repræsentat; neque enim materiam ex qua imago facta est, veneramur.

2. *Cultus idolatri*
Nam Deus in Exodo, & Deuteronomio, vel aliis veteris Testamenti locis, vetans fieri sculptilia & similitudines, non omnino damnat imagines, sed prohibet, ne illis tanquam diis per idololatriam adoratio deferatur. Nā Cherubim obumbrantia propitiatorium ab ipso Deo iussus est facere Moyses.

3. *Nicenum Concilium*
Divorum imagines, libri simpliciorum sunt: sed & eruditi atque sapientes qui que ex illarum aspectu non parum proficiunt. Hinc pluribus jam Conciliis approbatus fuit in Ecclesia usus sanctorum imaginum. Secundi Concilii Niceni verba hæc sunt: *Fa-*
temur unanimiter, nos Ecclesiasticas consuetudines retinere velle, quarum de numero est imaginum effiguratio. Et paulò infra: Nos regiam viam incedentes, & sanctorum divinorumq; Patrum nostrorum doctrina insistentes, atq; Catholica Ecclesie (in qua Spiritus sanctus habitat) traditionem observantes, definimus, cum omni diligentia & cura venerabiles sanctasq; imagines in templis sanctis collocandas, habendasq; tum in sacris vasis & vestibulis, tum in parietibus & tabulis, in adibus privatis, & viis publicis: quò scilicet per hanc imaginum inspectionem omnes, qui contemplantur, ad prototyporum memoriam & recordationem atque desi-

derium veniant, illisq; salutationem & honorariam adorationem exhibeant. In eodem Concilio Niceno citantur verba divi Basilii, dicentis: Historias imaginum Sanctorum honoro & palàm adoro, & hoc enim nobis traditum est à sanctis Apostolis. Ubi ipse Basilius intelligit adorationem reverentiæ, non autem illam adorationem latriæ, quæ Deo tantùm debetur.

CAPUT X.

De Orationibus, quæ pro fidelibus defunctis fiunt, sive de Purgatorio.

1. *Oratio pro defunctis probatur ex Scriptura.*
2. *Ex Liturgia apud S. Dionysium Areopagitam.*
3. *Ex Missa S. Chrysostomi, & aliorum sanctorum Patrum dicta.*
4. *Inde sequitur dari purgatorium, in quo sint anime, pro quibus oratur.*
5. *Præterea ex verbis Christi, crebris revelationibus, & somnii fide Ecclesie.*

HÆRETICIS Purgatorium esse negantibus, reclamant hæc divinæ Scripturæ verba: *Sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut à peccatis solvantur.*

Dionysius Areopagita, Pauli Apostoli discipulus, capite ultimo libri de Ecclesiastica hierarchia, apertè declarat, Pontificem ex traditione Apostolorum fundere preces pro fidelibus defunctis; ubi inter cetera dicit: *Venerandus Antistes precem sacram suam per mortuum peragit. Precatur oratio illa divinam clementiam, ut cuncta dimittat per infirmitatem humanam admissa peccata defuncto, eumq;*

1. *Orationem pro defunctis commendat Scriptura, 2. Mach. 12.*

2. *Et Liturgia verborum S. Dionysii Areopagita.*

collyrii
Hæreticorum
Lib. II.

*eumq; in luce statuat & regione vi-
vorum, in sinibus Abrahæ, Isaac &
Jacob, in loco unde aufugit dolor, &
tristitia, atque gemitus. Hæc ille.*

3.
Sicut &
SS. Ioan-
nes Chry-
sostomus,
Gregori-
us Nyss-
enus, &
Ioannes
Damas-
cenus.

Itidem beatus Joannes Chryso-
stomus, Gregorius Nyssenus, & a-
lii quamplures asserunt, ab Apo-
stolis sancitum fuisse, ut Sacerdos
in Missæ Sacrificio memoriam fi-
delium defunctorū agat: id quod
Joannes Damascenus abundè do-
cet in Sermone quem de Defun-
ctis scripsit. Unde etiam in Li-
turgia Chrysostomi legimus hanc
precationem: *Honorabilium, in-
corporearum, supercaelestiumq; Po-
testatum, & sancti Prophetae Prae-
cursoris ac Baptiste Joannis, sancto-
rumq; Apostolorum gloriosissimo-
rum, atque omnium Sanctorum tuo-
rum supplicationibus respice nos
Deus, & memento omnium qui in re-
surrectionis vitæq; æternæ spe obdor-
mierunt, eosq; fac requiescere ubi
cernitur lumen vultus tui. Hæc ibi.*

4.
Non ora-
retur pro
mortuis,
nisi esset
Purgato-
rium.

Quòd si pro defunctis oran-
dum est, planè Purgatorium est.
Nam cum neque pro illis qui in
cælum, neque pro his qui in in-
fernum recepti sunt, orare conve-
niat (illi enim non egent, isti ju-
vari non possunt, viventium pre-
cibus) fatendum est, animas eo-
rum defunctorum, pro quibus o-
ramus, neque in cælo neque in
inferno esse; sed esse alibi, ubi ad-
huc purgantur.

5.
Esse Pur-
gatorium
probat
variè.

Nisi quorundam peccatorum
purgatio etiam post mortem, hoc
est, in futuro sæculo heret, Chri-
stus non protulisset istam senten-

tiam: *Quicumq; dixerit verbum, &c. Mat. II*
contra Spiritum sanctum, non re-
mittitur ei, neque in hoc saculo, neq;
in futuro. Innumeræ revelatio-
nes viris feminisque sanctissimis
divinitus factæ, & ipsæ defuncto-
rum animæ, quæ novissimis hisce
temporibus frequenter (Deo ita
disponente) viventibus apparent,
maximèque inviolabilis Ecclesiæ
Catholicæ auctoritas, abundè te-
stantur esse Purgatorium, etiam si
illud divinæ Scripturæ antiquo-
rumq; Theologorum verbis com-
probari non possent.

CAPUT XI.

De Aqua benedicta, & cereis atque
luminaribus Ecclesiæ.

1. Aqua benedicta usu in primaria Eccl-
sia, & illius efficacia contra fraudes demonum;
2. Cereorum item & iuminarium, oleiq; &
lampadarum, tam in templu quam in exequiis
moriuorum.

De Aqua benedicta Alexan-
der Summus Pontifex, & Martyr Dei inclytus, in quadam
epistola sua ante annos mille
quadringentos scripta, loquitur
hunc in modum: *Aquam sale com-
persam populis benedicimus, ut ea
cuncti aspersi sanctificentur ac puri-
ficentur: quod & omnibus Sacerdo-
tibus faciendum esse mandamus.
Nam si cinis vitula aspersus popu-
lum sanctificabat atque mundabat;
multo magis aqua sale aspersa, di-
vinisq; precibus sacrata, populum
sanctificat atq; emundat. Et si sale
asperso per Eliseum Prophetam ste-
rilitas*

CAPUT XII.

De externis ritibus atq; ceremoniis
& de Festis.

1. Externa carimonia in Officio divino, & precibus, adjuvant internam devotionem, corpufque Deo humiliant.

2. Feflorum dierum obfervatio ab Apoftolo inftituta fuit, ut S. Ignatius teftis eft.

DEUM nostrum, qui Spiritus est, rectè colimus, non Spiritu folum, fed etiam corpore externifque ritibus; nempe capitis inflexione, genuum fubmiffione, manuum elevatione conjunctioneque, vocis prolatione atq; cantu, & aliis confimilibus modis. Nam cum nos non ex invifibili tantum, fed ex vifibili quoque confitemur naturâ, iuftum omnino eft ut ipfi Conditori noftro duplicem adorationem offeramus, videlicet invifibilem & vifibilem. Parum quidem aut nihil prodeft externa adoratio, fi defit interna: per externam tamen, interna plurimum juvatur. Eas ceremonias divini cultus, quas Ecclefia obfervat probatque, convenientiffimas efle agnofcit, quifquis rerum facrarum rationes perdidicit, & humilis eft.

Feflorum dierum meminit quinquagesimus primus Canon Apoftolorum in hunc modum: *Si quis Epifcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, carnibus ac vino feftivis diebus per abominationem & non propter animæ exercitationem abftineat, depunitor.* Beatus etiam Ignatius,

C c c c

Joan-

Hereticorum Lib. II. 4 Reg. 2.
Matth. 16.
Marc. 6.
Luc. 8.
 rilitas aqua fanata eft; quantum magis divinis precibus facrata, fertilitatem rerum aufert humanarum, & coinquinatos fanctificat atq; expurgat, ac cetera bona multiplicat, & infidias diaboli avertit, & à phantasmaticis verfutis hominem defendit? Nam fi tactu fimbria vefimenti Salvatoris falvatos infirmos efle non dubitamus; quantum magis virtute facrorum ejus verborum divinitus facrantur elementa, quibus fanitatem corporis & anima humana percipit fragilitas? Hæc Alexander.

2. Cereos & luminaria etiam Apoftolorum temporibus in locis Deo confecratis fuiffe, teftatur feptuagesimus primus Canon ipforum Apoftolorum: cuius Canonis verba fic habent: *Si quis Clericus aut laicus ceram vel oleum ex fancta furripuerit Ecclefia, à communione excluditur.* Sanctus Joannes Damafcenus in Concione de Defunctis, citans Athanafium, ita loquitur: *Athanasius ille Magnus in Sermone undecunque concinno, quem in eos qui obdormierunt fcripfit, hæc dicit: Etiamfi is qui in pietate defunctus eft, fub dio collocetur, ne omiferis oleum & ceram (invocato Chrifto Deo) ad fepulchrum accendere: accepta enim Deo funt hæc, plurimamque ab ipfo referunt retributionem. Oleum enim & cera, holocaustum eft: incruenta autem Hoftia oblatio, propitiatio eft: quod verò in pauperes confertur beneficium, omnis bona retributionis eft augmentum.*

1.
 Devotio adjuvatur exte-
 nu gesticu-
 bu; &
 carimonia-
 riarum
 ritibus.
 Ioan.

2.
 Apoftolo inftitue-
 runt Feflorum
 obfervantiam, te-
 fte Canone Apo-
 ftolico, Et S. Igna-
 tius.

collyrii
Hæreti-
corum
Lib. II.

Joannis Evangelistæ discipulus,
in epistola quam scripsit ad Phi-
lippenses, ait: *Dies festos nolite in-
honorare.*

CAPUT XIII.

*De libero arbitrio, & fide atque
operibus.*

1. Si non est in nobis liberum arbitrium, fru-
strà nobis suadetur oratio, & conatus; frustra pro-
ponitur pena & pramium, quæ idcirco brutum mini-
me competunt.

2. Non potest quidem liberum arbitrium
bonum facere sine gratia, sed nec ipsa gratia sal-
vat auctorem sine libero arbitrio.

3. Fides sola sine charitate bonisq; operibus,
nec justificat, nec salvat.

1.
Qui ne-
gani &
salvunt
liberum
arbitrium,
salvunt o-
rationes,
hortatio-
nes, præ-
cepta, &
gramina
cui panis.

QUOD hominis arbitrium non
esset liberum, & fidem sine
bonis operibus ad salutem suffi-
cere prædicant heretici, nimirum
occasionem & fomentum totius
iniquitatis sibi suisque discipulis
præbent. Si nobis deest arbitrii
libertas, si non voluntate eligen-
te; sed necessitate cogente, pecca-
mus; injustus est Deus, qui pec-
cantes æternis tormentis addicit.
Si arbitrium nostrum non est li-
berum, omnino coacta est vita
nostra: frustra homines rationis
participes dicimur, frustra acce-
pimus præcepta bene vivendi,
frustra Deum precari, frustra pe-
tere, quærere, pulsare, atque ad
virtutem eniti nos Scripturæ co-
hortantur: frustra Deus per Pro-
phetam clamat: *Si volueritis, &
audieritis me, bona terra comederis;
quod si nolueritis, & me ad iracun-
diam provocaveritis, gladius devo-
rabit vos: denique nos nihilo*

Luc. II.

Ma. I.

præstantiores sumus brutis ani-
mantibus, quæ neque laude vel
præmio, neque vituperatione aut
supplicio dignum quidquam a-
gunt, cum regere naturam non
possint, sed ad quælibet prosequen-
da uti naturalis instinctus com-
mover) ferantur.

Non possumus quidem per nos
eligere aut facere bonum: cere-
rum voluntatem nostram gratiæ
Dei adungere debemus, quæ gra-
tia prævenit, cooperatur, & sub-
sequitur. Sicut beatus Augusti-
nus ait: *Sine voluntate nostra, non
est in nobis justitia Dei. Voluntas
sanè non est nisi nostra, justitia non
est nisi Dei: esse potest justitia Dei si-
ne voluntate nostra, sed in nobis esse
non potest nisi per voluntatem no-
stram.* Deus non justificat nolentem
veluti sol non illuminat il-
lius visum, qui oculos ad solis
claritatem aperire non vult. Li-
bertas arbitrii nostri per pecca-
tum, quo omnes in Adam præva-
ricatores facti sumus, infirmata
est, non adempta.

Si fides sine bonis operibus suf-
ficeret ad salutem, Christus non
dixisset: *Si vis ad vitam ingredi,
serva mandata: sed dixisset, Si vis
ad vitam ingredi, fidem habetanti-
tium.* Non etiam Paulus clamaret:
*Si habuero omnem fidem, ita ut mon-
tes transferam, charitatem autem
non habuero, nihil sum.* Igitur non
quæcunque fides, sed ea quæ per
charitatem Deo adhæret, & bona
operatur, salutem conciliat: quem-
admodum idem Paulus Apосто-
lus

collyrii
Hæreticorum
Lib II.
Galat. 5.

Ius testatur, dicens: *In Christo fesu neque circumcisio aliquid valet, neque preputium; sed fides que per charitatem operatur.* Hinc beatus

Jacob 2. Jacobus Apostolus ait: *Fides, si non habeat opera, mortua est in semetipsa.* Quando Scriptura dicit,

Mar. 16. *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, salus erit:* item, *Iustus ex fide vivit, ac consimilia; omnino intelligit fidem charitate sanctisque operibus ornatam.*

CAPUT XIV.

De Monachismo, & de psalmodiis atque orationibus, quas Latine peragunt virgines Deo consecrate, qua Latine non norunt.

1. Monachismum Deo gratum, & in primitiva Ecclesia usurpatum probatur:

2. Monasticorum quoque Ordinum varietates etiam tunc fuisse.

3. Oratio publica in lingua ignota oranti, non caret magnis fructibus: privatim autem orantes Ecclesia non prohibet nisi lingua sibi nota.

1a
Primitivam Ecclesiam agnovisse monachatum, ex S. Dionysio,

MONACHISMUM Ecclesia Dei semper approbavit, suoque gremio fovit, & tanquam eximiam sui portionem laudibus profecuta est. Dionysius Areopagita Apostoli Pauli discipulus, in libro Ecclesiasticæ hierarchiæ rationem consecrandi Monachi, publicamque professionem describit, quam * alibi supra in medium protulimus: ubi aperte ostendit, jam tum Monachos & crinium tonsurâ & vestis habitu distinctos ab aliis fuisse. Chrysostomus scripsit adversus vituperatores vitæ monasticæ libros tres in-

signes, & aliàs frequentissimè Monasticen magnificè commendat. Idem facit Basiliius Magnus: idem faciunt & innumeri alii tam Græci quàm Latini.

Neque improbanda est varietas institutionum monasticarum, modò talis non sit ut vergat ad schismata, & unitati fidei Catholicæ officiat. Nam honesta illa varietate ornatur Ecclesia, de qua Psalmista sic canit: *Adstruit Regi-*

na à dextris tuis in vestitu de auro, circumdata varietate. Hinc Epiphanius Cyprensis in libro quem Adversus hæreses scripsit, agens de hujusmodi diversitate, ait: *Sunt & alii eximii vivendi modi in Ecclesia Catholica. Alii à quadrupedibus abstinent, vescuntur verò volucribus. Alii à volucribus abstinent, sed ovibus vescuntur ac piscibus. Alii verò ne ovibus quidem vescuntur, alii autem solum piscibus. Alii rursum à piscibus abstinent, soloque vescuntur caseo; alii neque caseo vescuntur. Jam verò & alii à pane quoque abstinent, alii etiam ab arborum fructibus, & à coctis. Porro multi humi dormiunt, alii neque calcamentis utuntur: alii saccum gestant occultum. Complures in psalmodiis, orationibusque continuis, & sacrarum Scripturarum lectionibus exercentur.* Hæc Epiphanius.

Hæretici rem absurdam atque inutilem esse dicunt, quòd Ordinibus monastici virgines, quæ Latine non norunt, psalmodias laudesque divinas Latine dicant. Sed errant illi. Nam, sicut Augustinus

2.
Et Ordinum monasticorum varietatem

Psal. 44.

Ex S. Epiphanius

3.
Oratio nem enim publicam Ecclesia in lingua non vulgari, laudat. An gustinus

Sollyrii
Hareti-
corum
Lib. II.

nus ait ; qui Psalmum exactè non intelligit, credit tamen aliquid sancti esse in eo quod cantat, omnino sine fructu non est. Deus enim psallentis cor magis quàm verba attendit. Planè qui benigna & religiosa mente precatur, etiam si lingua sibi incognita oret, eximiam utilitatem eximiumq; meritum refert. Quemadmodum ægrotus quisque potionem medicinalem convenienter sumens, sanitati restituitur, licèt ipsius potionis virtutem ignoret; & qui supplicationem in charta conscriptam misericordiam Principi humiliter reverenterq; offert, obtinet id quod illa supplicatio postulat, etiam si ipse verba ejusdem suæ supplicationis non intelligat. Nos sanè majori affectu præsentiorique animo plerumque precamur, dum intelligimus verba quæ in oratione proferimus, quàm si non intelligeremus: non tamen ob id æquissima honestissimaque consuetudo, quæ multis sæculis in Ecclesia DEI observata fuit, temerè immutanda est. Qui privatas orationes Deo pro sua voluntate offert, potest eas quæ voluerit lingua offerre: sed illas, quas ex instituto majorum tanquam Ecclesiæ minister peragere obstritus est, non alia lingua persolvere debet, quàm quæ præcipit vel concedit ipsa Ecclesia. Hic, sicut & ubique, obedientia melior est, quàm propriæ voluntatis prosecutio. Inter omnium gentium linguas hæc tres in titulo Crucis

apta si-
militudo
medicina

libelli
suppliciu.

Non pro-
hibet Ec-
clesia pri-
vatis o-
rare lin-
gua vul-
gari.

Joan. 19
Marc. 15

Christi specialius rebus divinis consecratae sunt, Hebræa, Græca, Latina.

* Idè
voca-
tur. lig-
guz si-
cra &
sancti

CAPUT XV.

De virginitatis excellentia, & voto adimplendo.

- 1. Sancta virginitas & continentia melior est, quàm sanctus usus matrimonii.
- 2. Potest per Dei gratiam servari, licet Deo vovetur: sed qui eam voverit, non potest absque peccato à voto revocari.
- 3. Sic & alia vota nuncupare nemo cogitur; potest tamen qui vovet ea sanctè facere; & si fecerit, servare tenetur.

SANCTAM virginitatem sancto conjugio potior esse, nullus sanæ mentis dubitat. Unde Patres Orthodoxi castum conjugium argento, puram virginitatem auro assimilant. Joannes Baptista, & plerique ex Apostolis Apostolorumq; discipulis, virgines permaferunt: multa item tam virorum quàm feminarum millia in Ecclesia olim continentiam voverunt (sicut Historiæ Ecclesiasticæ & virorum Apostolicorum scripta abundantissimè testantur) eamque cum adiutorio & gratia Dei ad mortem usque servarunt. Sed & hodie infinita utriusque sexus multitudo illam vovet, atque custodit: sciens bonum esse homini (ut ait Apostolus) mulierem non tangere, & quia qui sine uxore est, sollicitus est quomodo placeat DEO: mulier item innupta & virgo cogitat quæ Domini sunt, ut sit sancta corpore & spiritu. De talibus Christus dixit: Sunt qui seipsos castraverunt propter regnum celorum.

For-
tassis
si ac-
cipi-
antur

Marc.
15

Qui

collyrii
Hæreticorum
Lib. II.
2.
Ante vo-
tum vir-
ginitatis
licet nu-
bere, non
pos.
Phillip. 4.
1. Tim. 5.
Audia-
tur S. Au-
gustinus,
vel qui si-
quis est,
de Fide
ad Petru
cap. 3.
1. Cor. 7.
3.
Nemo
sunt vo-
vere: sed
vota libe-
re reddere,
qui vo-
vit, cogi-
tur.
Deut. 23.

Qui incontinens est, & tenta-
tionibus stimulisque carnis per
invocationem divini auxilii at-
que animi diligentiam non resi-
stet, neminem credit posse conti-
nenter vivere; cum tamen dicat
Paulus: *Omnia possum in eo, qui me
confortat.* Liberum quidem est ei qui
continentiam non vovit, tradere
se conjugio: sed qui voto & p[ro]fes-
sione se obstrinxit, si jam corpus
Deo consecratum polluere per car-
nis commixtionem non timuerit,
juxta Apostoli sententiam habe-
bit damnationem, quia primam fi-
dem irritam fecit. Hinc Aug. de fi-
de ad Petrum ait: *Secundum Apo-
stoli dictum, Qui statuit in corde suo
firmus, non habens necessitatem, po-
testatem autem habens sue volunta-
tis, & vovit continentiam Deo, de-
bet eam usque in finem tota mentis
solicitudine custodire, ne damna-
tionem habeat, si primam fidem ir-
ritam fecerit. Similiter & conju-
gati viri & conjugata mulieres, si ex
consensu perennem voverint DEO
continentiam, noverint se sui voti
obnoxios detineri, nec jam sibi debere
commixtionem carnis, quam prius
licitam habuerunt; sed Deo se de-
bere continentiam, quam voverunt.*
Hæc Augustinus.

De votis Scriptura ita loqui-
tur: *Cum votum voveris Domino
Deo tuo, non tardabis reddere: quia
requirit illud Dominus Deus tuus,
& si moratus fueris, reputabitur ti-
bi in peccatum. Si nolueris pollice-
ri, absque peccato eris. Quod autem
semel egressum est de labiis tuis, ob-*

*servabis, & facies sicut promisisti
Domino Deo tuo, & propria volun-
tate & ore tuo locutus es.* Rursum
ait Scriptura: *Vovete, & reddite
Domino DEO vestro.* Rursumque:
*Si quid vovisti Deo, ne moreris red-
dere: displicet enim ei infidelis &
stulta promissio, sed quodcumque vo-
veris, redde: multoq[ue] melius est non
vovete, quam post votum promissa
non reddere.* Bonum igitur & lau-
dabile est, vovete, at execrandum
& damnabile, vota non reddere.
Sicut nullus vovete cogitur, ita
qui Deo vovit, si non impleverit
quod vovit, justè punietur.

CAPUT XVI.

De calibatu Clericorum.

1. In primitiva Ecclesia aliqui post conju-
gium sebant Sacerdotes, sed nunquam post Sacer-
dotium sebant conjugari.
2. Græca Ecclesia à secundis nuptiis prohi-
bet Sacerdotes. Paulus à Sacerdotio prohibet bi-
gamos.
3. Vsu uxori non permittebatur Sacerdoti
conjugato.
4. Merito Ecclesia Latina indixit caliba-
tum; eademq[ue] ratione quâ pro personis sacratis ur-
getur conjugium, pro aliis urgeri possit polyga-
mia.

Quod ad cælibatum Clerico-
rum attinet, fatemur, in pri-
mitiva Ecclesia consuetudinem
fuisse (quam Græci adhuc reti-
nent) ut is qui uxorem virginem
acceperat, si propter vitæ integri-
tatem dignus Sacerdotio esse vi-
debatur, in Sacerdotem conse-
crari posset: sed nunquam visum
fuit in Ecclesia sub Novo Testa-
mento, ut is qui jam erat Sacer-
dos, uxorem duceret. Unde vige-
simus

1.
Olim con-
jugati
sebant
Sacerdo-
tes: at Sa-
cerdotes
non fie-
bant con-
jugati,
ex Cano-
ne Apo-
stolico.

collycii
Hæretico-
rum
Lib. II.

Simus quintus Canon Apostolorum sic loquitur: *Ex his qui celibes ad Clerum pervenerunt, jubemus ut I. ctores tantum atque Cantores, si velint, conjugia ineant.*

2.
Græci
prohibent
secundum
matrimo-
nium Pres-
byteri.
1. Tim. 3
Tit. 1.
Paulus
bigamos
à Sacer-
dotio re-
pellit, &
Canon A-
postoli-
cus.
Primiti-
va Eccle-
sia etiam
in hone-
stis uxo-
ribus jun-
ctos à Sa-
ceru mini-
steriis ex-
clusit.

Apud ipsos Græcos sicut olim, ita etiam modò, si conjugati Sacerdotis uxor moriatur, ipse Sacerdos secundam non ducit. Sane Paulus à Sacerdotio repellit omnes bigamos, dicens illum solum esse Sacerdotio live Episcopatu, qui sit *unius uxoris vir*. Decimus sextus Canon Apostolorum, ita habet: *Qui post Baptisma secundis nuptiis fuerit copulatus, aut concubinam habuerit, non potest esse Episcopus, nec Presbyter, nec Diaconus, neque prorsus ex numero eorum qui ministerio sacro deserviunt.* Canon item decimus septimus talis est: *Qui viduam, aut repudiatam, aut meretricem, aut ancillam, aut aliquam ex his quæ publicis spectaculis mancipata fuerunt, acceperit uxorem, non potest esse Episcopus, nec Presbyter, nec Diaconus, nec omnino in sacrum Ordinem assumi.*

3.
Conjuga-
tum factum
Sacerdos,
abstine-
bat ab u-
xore jux-
ta sanctum
Clemen-
tem.

Et quidem de eo qui conjugatus ad sacrum ministerium eligebatur, Clemens Petri Apostoli discipulus in quadam Epistola ita scribit: *Si post ordinationem ministro altaris contigerit propria uxoris cubile invadere, sacraris non intret limina, nec sacrificii portitor fiat, nec altare contingat, nec aquam Sacerdotibus porrigat ad manus. Qui Clemens in principio & calce e-*

iusdem Epistolæ testatur, se eam quæ scribit, accepisse à Petro præceptore suo.

Justissima ratione Ecclesia Latina abrogavit illam consuetudinem, qua is qui uxori alligatus erat, ad sacrum Ordinem altarisque ministerium admittebatur. Si quis objiciendo dicat, quamplures ex Clericis incontinenter vivere, ob idque permittendum esse ut ipsi matrimonia contrahant; Respondebimus: quia si Clericis, propter nonnullorum incontinentiam (quos turpitudinini deditos Præpositi severissime punire debent) concedenda sunt connubia, pari ratione conjugatis propter effrenatam libidinem, quæ plerique, suis conjugibus non contenti, ad adulteria committunt atque fornicantur, concedendæ erunt plures uxores. Sicut autem istud non licet, ita nec illud permittendum est: utrumque execrandum est.

CAPUT XVII.

De abstinentia à carnalibus voluptatibus.

1. Abstinentia à licitè voluptatibus commodè carnis, Deo magnopere placet.
2. Non quasi peccarent illi utentes, si quorum status conveniunt; sed quia mortificatio magis placet Deo.

ABSTINENTIAM carnalium voluptatum, quam hæretici modò parvi faciunt, vel etiam irrident, præclare defendit vita & conuersatio sancti Ioannis Baptistæ, quo major non surrexit inter natos

collyrii
Hæreticorum
Lib. II.
Ioannis
Baptista
& menti
to sancti
Augusti-
ni.
Matt. xi

natorum mulierum. De ipsa eadem abſtinentia beatus Auguſtinus in libro de Fide ad Petrum, ita loquitur: *Humiles ſervi Chriſti, qui cupiunt Domino ſuo ſine impedimento & abſq; animi noxia occupatione ſervire, conjugia omnino non appetunt, & à carnis & vino abſtinent, in quantum corporis valetudo permittit.*

2. Non quia peccatum eſt, aut conjugem habere, aut vinum carnisve percipere: nam & beatus Apoſtolus dicit, *Quia omnis creatura DEI bona eſt, & nihil rejiciendum quod cum gratiarum actione percipitur, ſanctificatur enim per verbum DEI & orationem. Conjugium quoq; in primis hominibus Deus inſtituit ac benedixit: propter quod ipſe Apoſtolus ait: Honorabile connubium in omnibus, & thorus immaculatus. Ideoq; ſervi Dei in eo quod à carnis & à vino abſtinent, non tanquam res immundas refugiant, ſed mundioris vite inſtituta ſectantur: & in eo quod conjugia non habent, non nuptiarum bonum crimen eſſe exiſtunt, ſed continentiam jugem bonis nuptiis meliorem eſſe non dubitant.* Idem docens Joannes

Confr-
matur ex
Cantacu-
zeno.

Cantacuzenus, qui ex glorioſo Romanorum Rege factus fuit humilis Monachus, in libro quem Adverſus ſectam Mahometicam Græcè ſcripſit, ſic dicit: *Qui penes nos ſunt Monachi, ab omnium carnis eſu abſtinent, non quod has impuras & rejiciendas eſſe arbitrentur; ſed vitam * anguſtiorẽ ſequi ſublimiſq; converſari cupien-*

tes, à carnis abſtinent. De ipſa abſtinentia ab eſu carnis & jejuniis, quæ ex præſcripto Eccleſiæ obſervari debent, ſupra in priori libro * hujus Collyrii tractatum fuit.

tam vocat, ar-
tam &
rigidã
ab eſu
carnis
abſtinentiam.
*Cap. 4

CONCLUSIO

COLLYRII HÆRETICORUM.

POSSUNT ſanè innumera divinarum Scripturarum, ſacrorumque Conciliorum, & veterum Theologorum, tam Græcorum quàm Latinorum, testimonia produci contra prava dogmata hæreticorum hujus temporis; ſed pauca illa quæ congeſtimus ſufficere poterunt ad interiores eorum oculos ſanandos, niſi deſperatè cæcutiant. Hic itaque finem Collyrio noſtro impo-
nemus, adjucentes iſta pro coronide.

Sanctus Pontifex Auguſtinus in libro de Vera religione ita ſcribit: *Neq; in confuſione paganorum, neq; in purgamenti hæreticorum, neq; in languore ſchiſmaticorum, neq; in cecitate Judæorum querenda eſt religio, ſed apud eos ſolos qui Chriſtiani Catholici vel Orthodoxi nominantur. Alter quidam ait: Si in ſcriptis piorum Patrum aliqua fortè inveneris, qua dogmatibus Eccleſiæ Catholica minùs conſentanea eſſe videantur, non dubites plus fidei tribuere ipſi univerſali Eccle-*

1.
Collyriũ
eſt occupatorum
hæreticorum
medicula.

2.
Coronidem S.
Auguſtini
nuſi imponit, &
non nemo
alius de
auctorit-
rate S. Ec-
cleſiæ.

collyrii
Hæreti-
corum
Appen-
dix.
1. Tim. 3

*Ecclesia (quæ columna & firma-
mentum veritatis est, ideoque errare
nescit) quam cuius etiam sanctissi-
mo Scriptori. Dominus noster Je-
sus Christus concedere dignetur,
ut omnes veritatem agnoscentes,
idemque sentientes, uno ore ip-
sum glorificemus, qui est benedi-
ctus in sæcula sæculorum, Amen.*

COLLYRII
HÆRETICORUM
APPENDIX.

S. I.

*De Sacrificio Missæ, ex Apostolo-
rum Canonibus, sacrisq; Conci-
liis, & aliis.*

1. In Sacrificio Eucharistiæ nihil apponen-
dum, nisi panis, vinum, & aqua.
2. In primitiva Ecclesia, quicumque Missæ
assistebant, communicare debebant.
3. Diaconi non præsumant Eucharistiæ
Presbyteri peririgere.
4. Missam esse verum Sacrificium inconuen-
tum nova Legu.

1. Nihil ap-
pendendū
ad sacri-
ficiū, ni-
si ex A-
postolico
Canone
panis, vi-
num, &
aqua.

HÆRETICIS, impia temerita-
te hoc sæculo nostro dicen-
tibus, non fieri aliquam ob-
lationem in Missæ, ob idque eam
non esse Sacrificium, contradi-
cunt & Canones Apostolorum, &
decreta sacrorum Conciliorum,
& scripta omnium Orthodoxo-
rum Patrum. Nam tertius Canon
Apostolorum verat, ne Sacerdos
altari assistens aliqua in Missæ of-
ferat, præter illa quæ Christus of-

ferenda instituit. Verba ipsius
Canonis hæc sunt: *Si quis Episco-
pus aut Presbyter præter ordinatio-
nem Domini quam de Sacrificio in-
stituit, alia quepiam, puta aut mel,
aut lac, aut pro vino sicera confecta,
aut aves, aut aliqua animalia, aut
legumina ad altare obrulerit, ut qui
contra ordinationem Domini fa-
ciat, deponitor.*

Octavus Canon Apostolorum,
indicans consuetudinem olim
fuisse in Ecclesia, ut hi qui Missæ
intererant, sumerent Eucharis-
tiam, sic habet: *Si quis Episco-
pus, aut Presbyter, aut Diaconus,
aut quicumque alius ex sacro ordi-
ne, facta oblatione non communica-
verit, causam exponat: quæ si ratio-
nabilis fuerit, veniam consequatur.
Quod si illam non dixerit, a commu-
nitione sejungitor, tanquam qui po-
pulo causa lesionis exiiterit, & sus-
picionem injecerit adversus eum qui
obtulit.*

In decretis primi Concilii Ni-
ceni capite decimo octavo ita le-
gimus: *Pervenit ad sanctam ma-
gnumq; Concilium, quod quibusdam
in locis ac civitatibus Diaconi Pres-
byteris sacram Eucharistiæ porri-
gant: quod nec regula, nec consue-
tudo tradidit, ut hi qui potestatem
offerendi non habent, illis qui of-
ferunt, Corpus Christi tradant. Il-
lud quoque innovit, quod jam non
nulli Diaconi ante Episcopos ipsam
Eucharistiæ contingunt. Hac igitur
omnia ampuentur. Diaconi
sua mensura contenti sint, & in ea
permaneant, scientes se & Episco-
porum*

S. II.

De B. Mariae virginitate, & de Sanctis ex Basilio.

- 1. Maria semper virgo permansit.
- 2. Sanctorum invocatio utilis & laudanda.
- 3. Reliquia sanctorum honoranda.

BASILIIUS Magnus in Sermonem de Humana Christi generatione, differens de virginitate Mariæ, inter cætera ait: *Ne aures eorum, qui Christum diligunt, admittant, quod Genitrix Dei aliquando desierit esse virgo, hac testimonia sufficere putamus. Ad hoc quidem quod dicitur, Et non cognovit eam donec peperit Filium suum primogenitum, dicimus, quod hæc dictio hæc, id est, Donec sive Usque, esse frequenter aliquem temporis terminum designare videtur, verè tamen infinitum præ se ferat. Quale est & illud quod à Domino memoratur, Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi. Neque enim post hoc sæculum desinet Dominus esse cum Sanctis: sed promissio presentis temporis [perpetuitatem indicat] non est futuri amputatio. Eodem modo hic accipi Donec dicimus. Quod verò dictum est, Primogenitum; Primogenitus non omnino ad succedentem prolem comparationem habet, sed is qui primùm vulvam aperit, primogenitus vocatur.*

Perpetua Virginitas Dei-paradisia. Paulò ultra mediũ, Matt. 23

Matt. 28

2. Cultus & invocatio Sanctorum. In principio

Idem Basilius laudes sanctorum quadraginta Martyrum publica concione percelebrans, hæc dicit: *Quæ satietas prosequendi Martyrum*

D d d d

porum ministros, & Presbyteris inferiores esse. Porro Eucharistiam secundum ordinem post Presbyteros accipiant, aut Episcopo aut Presbytero eam illis porrigente.

In decretis Concilii Ancyranum capite primo istud de Sacerdotibus, qui tempore persecutionis sacrificaverant, sed postea rursus certamen inierant, statuitur: *Hos placuit honorem quidem sedis reserere: offerre vero, & concionari, aut omnino aliquid sacrorum officiorum peragere, non licere.*

Ex prædictis liquet, Missam Sacrificium oblationemque vocari, & esse. Id ipsum testatur Clemens Petri Apostoli discipulus, in Epistola quam scripsit de Officio Sacerdotis & Clericorum: Dionysius quoque Areopagita Pauli discipulus, in libro de Ecclesiastica Hierarchia, capite tertio: & Ignatius Joannis Evangelistæ discipulus, in Epistola ad Smyrnenses. In Chryloltomi Liturgia, & aliorum Catholicorum Græcorum scriptis, ipsa Missa frequenter dicitur *ἀνάμνησις* & *δοξία*, id est, *Incrumentum Sacrificium*. Sic autem appellatur, non quod in ea Corpus Christi sine Sanguine offeratur; sed quod nullius animalis sanguis illata vi effundatur, sicut in veteri Lege.

* Sacrum Missæ sacrificium. 4. Missa vocatur & est sacrificium Christi, ex variis antiquis Patri. bus.

collyrii
Hæreticorum
Appendix.

tyrum memoriam, ei qui Martyrum amore tenetur? Nam honor in bonos conservos collatus, iudicium est benevolentia erga communem Dominum. Hi sunt qui nostram obtinentes regionem, velut turres quadam valida contra adversariorum incursum securitatem prebent. Copiosum beneficium, gratia minimè deficiens, & presentissimum Christianis auxiliium est Ecclesia Martyrum, exercitus triumphantium, chorus laudantium Dominum. Qui premitur aliqua angustia, ad hos confugit; qui letus est, ad hos procurrit: ille, ut a malis liberetur; iste, ne his qua commoda grataq; sunt, destituatur. O sanctum chorum! ô sacrum exercitum! ô inexpugnabilem cuneum! ô communes humani generis custodes! Optimi estis curarum socii, precum suffragatores, intercessores potentissimi, astra mundi, flores Ecclesiarum.

3.

Pium & utile est honorare Sanctorum Reliquias.

Idem Basilii in Concione de beata Julitta ait; Pyra, sancta mulieris corpus, veluti thalamus quidam refulgens, complexa, animam quidem in caelestem regionem, siq; convenientem quietem [ac sortem] transmisit; preciosum verò corpus cognatis & affinibus servavit integrum. Quod in pulcherrimo civitatis vestibulo collocatum, & locum sanctificat, & adentes pariter sanctos reddit. Porro terra Beata huius adventu presentiaq; benedicta, propriis visceribus naturam atque gratis simam emisit; adeò ut ipsa Martyr mater communis effecta, eos qui in civitate sunt veluti lacte quo-

piam nutriat. Hæc aqua & valentibus, sanntatis conservatio est, & delicatis, modesta suppeditatio voluptatis, & agris consolatio.

Rursum Basilii explanans Psalmum centesimum decimumquintum, super his verbis, Preciosa in conspectu Domini mors Sanctorum ejus, scribit in hæc verba: Quando pro Christo mors toleratur, preciosa sunt Reliquia Sanctorum ejus. Ante hoc tempus dicebatur, Si quis tetigerit mortuum, erit immundus: nunc verò qui attingit ossa Martyris, efficitur aliquo modo sanctitatis pariceps, ob gratiam quo sacro corpori adest atque insidet.

§. III.

De B. Maria & Sanctis, ex D. Joanne Damasceno.

1. Excellentia B. Mariae Virginis.
2. Sanctorum cultus Christiani utilis & licitus.
3. Imaginum etiam cultus religiosus cum magno fructu usurpatur.

JOANNES Damascenus libro quarto Orthodoxæ fidei, tractans de genealogia virginis Dei paræ, inter alia hæc dicit: Joachim venerabilem & dignam laudem annam in matrimonium duxit. Sed quemadmodum vetus Anna, qua sterilis erat, per orationem & promissionem genuit Samuelem; ita hæc, per supplicationem atq; promissionem Deo factam, proferi Deiparam: ut in hoc quoq; nulla illius strium gloriosarumq; inferior haberetur. Parit ergo gratia (idem An-

collyrii Anna interpretatur) Dominam, quod sanè Maria nomen significat. Nam reverà Dominica facta est omnium creaturarum, cum Conditoris omnium mater nuncupetur. Sicut verò qui conceptus est, eam que concepit servavit virginem: sic & natus virginitatem ipsius servavit illèsam. Neque enim impossibile illi erat, & per portam transire, & ejus signacula non lādere. Manet igitur etiā post partum virgo, que semper virgo est. Quomodo enim, que genuerit Deum, & ex consequentium experientia miraculum agnoverat, viri consortium admisisset? Absit hoc, non est modesta mentis talia cogitare.

2. Idem Damascenus in eodem libro scribit hunc in modum: Honorare decet Sanctos, ut amicos Christi: & filios atq; heredes DEI. Fontes nobis salutare dominator Christus prebuit Sanctorum Reliquias, qua multis modis beneficia scaturiunt. Per ipsos Sanctos, demones abiguntur, morbi effugantur, infirmi curantur, ceci vident, leprosi mundantur, tentationes mœtoreseq; solvuntur. Omne donum bonum a Patre luminum per eos his, qui indubitata fide petunt, descendit. Quantum labores ut invenires Advocatum, qui ad mortalem Regem te adduceret, & pro te apud illum verba faceret? Advocati ergo totius generis, apud Deum pro nobis intercedentes non sunt honorandi? Certè honorandi. Nos fideles in nomine ipsorum templa DEO erigentes, in psalmis & hymnis, can-

ticisq; ac compunctione eos colamus. Statuas illis erigamus, & visibiles imagines. Deiparam, ut propriè verèq; Dei matrem, honoremus: Prophetam Joannem, ut præcurso-rem & Baptistam, * missumq; ac Martyrem: Apostolos, sicut fratres Domini & spectatores: Martyres, ut milites Christi: & sanctos Patres nostros, ac Deiferos exercitatores [hos vocamus Confessores] honoremus.

Idem Damascenus in ipso eodem libro sic scribit: Quandoquidem nonnulli nobis exprobrant quòd adoramus & honoramus Salvatoris nostri & Regina nostre Deipara imaginem, ceterorumq; Sanctorum ac famulorum Christi, audiant quòd (sicut ait Theologus ille, diviniissimus Basilius) imaginis honor ad exemplaris honorem transit. Invisibilis, incorporei, incircumscriptibilis, & infigurabilis Dei representationem quo facere potest? Hinc in antiquo Testamento tritus non fuit Imaginum usus. At verò posteaquam Deus per viscera misericordia sua, secundum veritatem homo propter salutem nostram factus est, & diversatus est in terris cum hominibus, miracula edidit, passus est, crucifixus est, resurrexit, atque assumptus est, Patribus visum fuit, ut veluti quadam præclarè gesta hæc Imaginibus representarentur, ad promptam memoriam. Sanè plerumque, dum cogitatione non tenemus passionem Domini, si contingat nos inspicere imaginem crucifixionis ipsius Christi, in memoriam salutaris passionis redimus, procedentes adoramus, non

* Apostolum
Græcè
veritè
missumq;
quia
missus
à Deo.
Ioan. r.

3.
Sacrarum
Imaginum
legitimum
sanctus
usum: ut
ex eo com-
moda con-
paratio
& spiri-
tualia.
Cap. 173

collyrii
Hæreticorum
Appendix.

quidem materiam, sed id quod imagine representatur. Quemadmodum neque materiam Evangelii, neque Crucis materiam adoramus: sed quod typofiguraque expressum est. Idem & de Matris Dei imagine sentiendum est: nam honor ipsi impensus, in illum, qui ex ea incarnatus est, revocatur. Similiter autem & Sanctorum fortia facta roborant excitantque nos ad fortitudinem, & zelum, atque imitationem virtutis illorum, ac Dei gloriam.

§. IV.

Rursum de B. Maria & Sanctis,
ex Joanne Cantacuzeno.

1. B. Maria natura Angelis inferior, gratia & gloria ei sdem superior.

2. Imaginum usus nobis prestat id, quod phylacteria Iudeis prestabant; nimirum memoriam rerum divinarum.

3. Excitat etiam ad imitanda Sanctorum virtutes.

Y.
S. Virgo
Maria
Angelorum
dignitate & magnitudine gratia ac gloria antecellit.

JOANNES Cantacuzenus scribens adversus sectam Mahometicam, inter alia hæc dicit: Sanctam Mariam semper virginem, creaturam Dei esse dicimus, Dei que ancillam. credimus autem & confitemur, quod ei similis nec natus sit, nec sit nasciturus ex viro ac muliere homo aliquis, usque ad consummationem seculi. Et secundum humanam quidem naturam Angelis eam inferiorem esse judicamus, tanquam hominem; honore vero & sanctimonia Angelos omnes incomparabiliter superare asserimus, eò quod Filium & Verbum Dei secundum carnem pepererit. Omnes etiam illam advocatam & auxiliatricem agnoscimus:

quæ indefinenter pro peccatoribus orat atque intercedit, editaque operatur miracula maxima suspendaque. Hanc autem adoramus & colimus, non ut Deum, sed ut matrem Filii Dei secundum carnem.

Idem Cantacuzenus ait: DEVS cognoscens humanam memoriam instabilem labilemque esse, precepit in veteri Testamento, ut Sacerdotes miracula ab ipso edita describerent eaque descripta semper in Sacerdotum manibus penderent: ut quotidie assidueque tam Sacerdotes quam populus, visis miraculis Dei descriptis quæ propter illos edita fuerant, in memoriam Dei revocarentur, Deoque gratiarum actionem & gloriam redderent, qui illos ex servitute Pharaonis liberaverat. Regesque magnos & fortes, ac gentes robustas everterat, quique illorum urbes populo Judæorum tradiderat. Quin & miracula quæ illis in deserto contigerant, describi voluit Dominus. Et factum est sicut precepit illis Deus. Videntes enim qua in Sacerdotum manibus suspensa erant, Dei recordati sunt, & illi gratias egerunt. Eadem plane Imaginum est ratio: hæc enim depingunt Christi Nativitatem, Baptismum, Crucifixionem, Resurrectionem: quibus visis, turba hominum in Dei recordationem perveniunt, & meditari incipiunt, quomodo Christus cum Deus esset, propter humani generis amorem carnem assumpsit, & in carne passus sit: sed & quæcunque alia Deus propter hominem fecit, memoriâ repetunt, Deoque gratias agunt, eum extollunt atque glorificant.

pollutis & vitalibus mysteriis, memoriam eorum qui fideliter obdormierunt habendam edixerunt.

^{3.} ^{Ex ad imitatio nem Sanctorum intelligit.} Idem Cantacuzenus rursus dicit: *Quemadmodum olim Roma & alibi Regibus illius temporis Ducibusque exercitus statuas ponebant, quas cernentes, recordabantur egrorum facinorum eorum quibus statua posita fuerant; ita & in Sanctorum imaginibus usuenit: quas dum contemplantur, reducentes mentem ad illarum exemplaria, eas veneramus. Ipsas in tabulis atque columnis adhuc extantes cum honore adoramus, vetustate vero corruptas & deletas non amplius veneramus, sed iudicamus inuiles. Idem quoque & in Cruce videre est: quamdiu enim lignum aliquod figuram Crucis prætulit, adoratur, salutaturque a nobis; ubi vero figura Crucis interierit, ulterius lignum a nobis non adoratur.*

S. V.

De fidelibus defunctis. Ex diversis.

1. Traditio orationis pro defuncto probatur ab Apostolis derivata: Ex Damasceno;
2. Ex Dionysio Areopagita;
3. Ex Chrysostomo;
4. Ex Gregorio Nysseno;
5. Ex Epiphano Cyprensi Episcopo.

^{1.} ^{Gratio pro defunctis Apo- stolica traditio- ne est, ex S Damasceno.} JOANNES Damascenus in Sermone de Defunctis ait: *Discipuli illi Salvatoris & divini Apostoli, qui ipsius Verbi spectatores fuerunt, totiusque mundi circulum vivum ceperunt, in tremendis atque im-*

pollutis & vitalibus mysteriis, memoriam eorum qui fideliter obdormierunt habendam edixerunt.

Idem Damascenus in eodem ^{2.} ^{Probatum ex Dionysio Areopagita suffragium pro mortuis.} Sermone citat Dionysium Areopagitam, his verbis: *Exercitatus ille & profundus in divinis Dionysius in mystica consideratione, ubi de Defunctis agit, dicit: Sanctorum preces etiam in vita ista, nedum post mortem, prosunt his qui sacris precibus digni sunt, nempe fidelibus. per id quod dicit, Nedum, nihil aliud intelligendum est, quam, Quanto magis. Damascenus ibidem plura adfert testimonia ex libro quem ipse Dionysius scripsit de Ecclesiastica hierarchia.*

In eodem Sermone idem Damascenus citans Chrysostomum, ^{3.} ^{Ex sancto Chrysostomo.} dicit: *Joannes ille, cui ab auro cognomen est (verè enim aurea verba loquitur) Non temerè, inquit, aut casu hæc à sapientissimis Dei Discipulis sancita, atque Ecclesie ipsius tradita fuerunt, ut Sacerdos in tremendis mysteriis preces fundat pro fidelibus defunctis.*

Paulò post in eodem Sermone ^{4.} ^{Ex S Gregorio Nysseno.} Damascenus, allegans Gregorium Nyssenum, ait: *Sapientissimus Gregorius Nyssenus, Non, inquit, absque ratione & utilitate à Christi prædicatoribus ac Discipulis traditum est, & in sancta Dei Ecclesia ubique vim legis obrinuit, sed res est modis omnibus utilis, Deoque imprimis grata, videlicet, memoriam eorum qui in recta fide obdormierunt, facere in divina illa lumineque plena mystagogia.*

collyrii
Hæreticorum
Appendix.

5.
Ex s. E-
piphania
Hæresis
56. vel 77
adversus
Acrium,
cap. 7.

6.
Ex Jan-
no Chry-
stomo.

Epiphanius Cyprensis in libro quem adversus hæreses scripsit, ita loquitur: *De referendis nominibus eorum qui vita defuncti sunt, quid ea re utilius, quid opportunius fuerit? Prodest sanè pro ipsis facta precatio.*

Chrysostronus lib. 6. de Sacerdotio cap. 4. loquens de Sacerdote, ait: *Eum, qui pro civitate;*

quid dico civitate? imò verò pro universo terrarum orbe legatus intercedit, deprecatorq; est apud Deum, ut hominum omnium, non viventium modò, sed etiam mortuorum peccatis propitius fiat, qualem quæso esse oportet? In Liturgia ipsius Chrysostroni Sacerdos inter precandum sæpius meminit fidelium defunctorum.

HLVDOWICI BLOSII DEFENSIONIS VERÆ FIDEI

ADVERSUS

S. ECCLESIAE CATHOLICAE HOSTES

PARS SECUNDA,

SIVE

FACULA

ILLUMINANDIS HAERETICIS,

ET AB ERRORE AVOCANDIS,

ACCOMMODATA.

PRÆFATIO.

1. Superbia hæresum origo & fons.
2. Optimè revincuntur consensu Patrum primitivæ Ecclesiæ.
3. Propinquiores enim Christo, remotiores à fraude & falsitate.
4. Ex illis desumptus hic libellus Faculae ad tenebras hæreseos pellendas.

OMNIUM

1.
Mater
herese-
os su-
perbia.



MENTUM heresum origo est superbia. Nam heretici omnes maxime superbi sunt: propriam sententiam, per versasq; opiniones suas, obstinata insania tuentur, divinas Scripturas falsis expositionibus insolenter depravant: sancta atque Apostolica Ecclesia obtemperare nolunt, & Præpositos ejus elato animo despiciunt.

2.
Optima
ratio re-
ducendi
hereti-
cos, con-
sensus
vetustis-
simorū
Patrum.


Convenientissima autem ratio revocandi illos ad sanam mentem hæc nobis videtur, ut demonstretur eis, sanctos Patres Ecclesiæ primitivæ, qui à Christo vel Apostolis veram fidem acceperunt, & cum ipsis conversati sunt, aut statim post eorum tempora vixerunt, sic credidisse, sicut in Ecclesia Romana atque Catholica modò credimus, & idem sensisse de DEO rebusq; divinis atq; Ecclesiasticis, quod sentimus. Vbi enim hereticis id dilucidè ostensum fuerit, videbunt ipsi quàm vesanis erroribus impliciti sint.

3.
Nā quòd
fuerit
Christo
propri-
quiores
eo mi-
nus de
fraude
suspe-
cti.

Neque enim quemquam inter eos tam desperata dementia laborare putamus, ut dicere audeat, eos qui à Christo atque Apostolis instituti in fide fuerunt, & pro eadem fide sanguinem fuderunt, martyriisq; coronati sunt, errasse, ac nescisse quid crederent; se verò, & suorum dogmatum defensores, veritatem tenere.

4.
Ideo
huac fa-
cult li-
bellum
ex vetu-
tissimis
Patribus
colle-
ctum ac-
cipe.
Occasio
de fru-
ctus Pa-
trulæ.

Nos igitur pro Dei honore & salute animarum nonnulla ex scriptis illorum sanctissimorum Patrum, qui in primitiva Ecclesia floruerunt, excerpemus, atque in hoc Libello adnotabimus, fideliter quidem, sed raptim & tumultuarie. Urgent enim nos preces cujusdam generosæ & Deo dicatæ Virginis, quæ aliquid remedii à nobis obtinere cupit, quod mox mittat ad quosdam cognatos suos heresi recens infectos. Illustrabimus autem atque confirmabimus plerisque in locis ipsa dicta Patrum testimoniis, divinis libris petitis. Boni consulat Lector hæc miscellanea, quæ à nobis ex tempore colliguntur; memineritque, veritatem, & sanam Scripturarum sacrarum intelligentiam, non alibi quærendam esse, quàm in Ecclesia Catholica, cujus eximia membra sunt sancti Patres quos citabimus.



CATA-

Annus quo quisque claruerit vel obierit

Iuxta verissimam Chronographiam adnotatur.

A bdias, Apostolorum Simonis & Juda discipulus, Episcopus, claruit anno Domini 60.	Dionysius Areopagita, S. Pauli discipulus, Episcopus & Martyr, Doctor Græcus. 90.
Alexander Papa quintus, idemq; Martyr. 120.	Epiphanius Episcopus, Scriptor Græcus. 370.
Anacletus, S. Petri discipulus, idemq; Papa tertius, & Martyr clarissimus. 100.	Evaristus, Papa quartus, & Martyr. 110.
Anicetus, Papa decimus, & Martyr. 150.	Eusebius Casariensis, Episcopus Græcus. 320.
Athanasius, Episcopus & Doctor Græcus. 330.	Fabianus, Papa demimus nonus, & Martyr. 230.
Augustinus, Episcopus & Doctor Latinus. 400.	Gregorius Nyssenus, Episcopus & Doctor Græcus. 370.
Basilius, Episcopus & Doctor Græcus. 370.	Hieronymus, Presbyter, Doctor Latinus. 390.
Canones Apostolorum, editi putantur circa Annum à Christo nato 50.	Hippolitus, Episcopus & Martyr Græcus. 210.
Clemens, S. Petri discipulus & Papa secundus, idemq; Martyr & Doctor Græcus. 90.	Hyginus, Papa octauus, idemque Martyr. 140.
Concilium Florentinum. 1439.	Ignatius Joannis Evangeliste discipulus, Episcopus & Martyr. 90.
Concilium Nicenum II. 790.	Innocentius I. Papa quadragesimus. 400.
Cornelius, Papa vigesimus, & Martyr. 240.	Joannes Chrystomus, Episcopus & Doctor Græcus. 380.
Cyprianus, Episcopus & Martyr, Auctor Latinus. 250.	Joannes Damascenus, Presbyter & Scriptor Græcus. 740.
Damasus, Papa trigesimus septimus, Auctor Latinus. 370.	Irenæus, Episcopus & Martyr, Doctor Græcus. 160.

Iusti

Facula
Hæreti-
corum.

Justinus, Philosophus & Martyr, Græcus.	140.
Marcellus, Petri Apostoli discipu- lus, & Martyr Romanus.	100.
Martialis, unus ex septuaginta duobus Discipulis Christi Salva- toris.	60.
Nicephorus Callistus.	1200.
ut verò pleriq; volunt,	1340.
Papias, auditor Joannis Evangeli- stæ.	100.
Pius, Papa nonus, ac Martyr.	140.
Simeon Metaphrastes.	670.
vel ut alii sentiunt,	1200.
Telesphorus, Papa septimus, ac Martyr.	139.
Tertullianus, Presbyter, primus eo- rum qui Latine scripserunt in Ecclesia.	200.
Theodorus, Lector, putatur vixisse.	890.
Vincentius Lirinensis, Presbyter ac Doctor Latinus.	420.
Xystus, Papa sextus, idemq; Mar- tyr.	130.

FACVLAE
HÆRETICIS
ILLVMINANDIS
ACCOMMODATÆ

CAPUT I.

Ex Liturgia sive Missa S. Iacobi,
& alius veterum Patrum
Scriptis.

1. Eucharistiam vocari Missam & Sacrifi-
cium, & in ea panem ac vinum conuerti in Car-
nem ac Sanguinem Christi.

2. Missam non esse nuperum inventum, sed

antiquum novæ Legi Sacrificium: idq; non tan-
tùm spirituale, verùm etiam proprii Domini.

3. Inuocatio Sanctorum.

4. Magnifica invocatio B. Virginis.

5. Orandum esse pro fidelibus defunctis, qui
sunt in Purgatorio.

6. Liturgiam hanc esse authenticam, &
S. Iacobi Apostoli.

7. Damaseni auctoritas de oratione pro de-
functis ex Chrysostomo, & Gregorio Nysseno.

8. Non omnia sunt scripta in Libris sacris,
qua credere debemus fide divina.

9. Fortiter probat ex ipsis Scripturis, esse
aliquas traditiones divinas. in illis minimè scrip-
tas.

10. Ecclesia auctoritatem aequalem esse Apo-
stolica auctoritati in rebus fidei.

11. Noluit Deus omnia tradi scripto, ut
submitteremus nos Ecclesie magisterio.

12. Quæ non est alia, quam Ecclesia Roma-
na, ipsam proinde audire debemus.

13. Sacramentum extremae Vnctionis ex S.
Iacobi Epistola demonstratur.

EUCHARISTIÆ Sacrificium, in
quo, iuxta Beati Pauli ad-

monitionem, sunt precatio-

nes, postulationes, & gratiarum actio-

nes, Corpusq; Christi à legitimis

Sacerdotibus cõficitur & offertur,

semper appellatum fuit à Patri-

bis Liturgia vel Missa. Itaque in

Liturgia Iacobi Apostoli, fratris

Domini, primique Ierosolymo-

rum Episcopi, Sacerdos Deum

Patrem ita precatur: Spiritum tu-

um sanctissimum demitte nunc, Do-

mine, in nos, & in hæc dona sancta

proposita, ut superveniens, sancta &

& bona & gloriosa sua presentia

sanctificet, & efficiat hunc panem

sanctum Corpus Christi tui, & calicem

hunc pretiosum sanguinem Christi tui.

Quæ quidem beati Iacobi verba

manifestè ostendunt, panem in

Corpus, & vinum in Sanguinem

Christi conuerti transmutariq;

contra hæreticos hujus tempesta-

tis. Nam Christus in institutio-

E e e e

ne

12
Officium
Missæ vo-
catur Li-
turgia &
Sacrifi-
cium.

1. Tim. 2

Conuersio
panis &
vini in
Corpus &
Sangui-
nem Chri-
sti.

Facult
Hæreti-
corum.

ne ipsius Eucharistiæ dicit aper-
tissimè, *Hoc est Corpus meum, quod
pro vobis datur, Hic est Sanguis
meus qui pro multis effundetur.*

Regan-
tes Cor-
pus Chri-
sti in Eu-
charistia
faciunt
menda-
sem in
verbis
suis Chri-
stum.

Quando hæretici aiunt, verum
Corpus Christi in Eucharistia nõ
contineri, & panis substantiam
in substantiam carnis non con-
verti; quid aliud affirmant, quàm
Christum mentiri? quid aliud
quàm, more canum atque porco-
rum, conculcant margaritas sa-
crofancti Mysterij? Ideo autem

Matth.
26.
Mar. 14
1. Cor.
11.

primi Patres Orthodoxi hoc Sa-
cramentum appellarunt *Euchari-
stiam*, quia Christus *εὐχαριστίας*
eam confecit, ut Evangelia tes-
tantur. Etiam in initio Litur-
giæ S. Iacobi Sacerdos sic orat:
*Non sum dignus qui oculos obver-
tam huic sacre & spiritali mensæ,
in qua unigenitus Filius tuus Domi-
nus noster Iesus Christus mihi, qui
peccator sum, & omnibus maculis
labefactatus, mysticè proponitur in
Sacrificium. Proinde hanc oratio-
nem & gratiarum actionem tibi of-
fero, ut mihi Spiritus tuus paracle-
tus mittatur, fortificans ac instau-
rans me ad hanc Missam, &c.* Por-
rò in fine ejusdem Liturgiæ ipse
Sacerdos fundit hanc precem:
*Largitus es nobis, Domine Deus,
sanctificationem in perceptionem
sanctissimi Corporis & pretiosi San-
guinis unigeniti tui Domini nostri
Iesu Christi: impartire nobis gra-
tiam quoque Spiritus sancti tui bo-
ni, & conserva nos inculpabiles in
fide, &c.*

Ex his verbis Apostolicis, &
scriptis aliorum Patrum primiti-
væ Ecclesiæ, quæ postea profere-
mus in medium, sole clarius li-
quet, Missam vel Liturgiam non
esse rem novitiam atque impiam,
ut profani hæretici nunc blasphe-
mant. Est nim sanctum divinum-
que Evangelicæ legis Sacrificiũ,
institutum à Christo, qui est
*Sacerdos in æternum secundum or-
dinem Melchisedech*. Nam in Cœ-
na novissima panem & vinum in
Corpus & Sanguinem suum con-
secravit atque obtulit, & discipu-
lis suis, ceterisque Sacerdotibus,
ut id ipsum in sui commemora-
tionem facerent, præcepit. Ter-
tius Canon Apostolorum perspi-
cuè demonstrat, Dominum Ie-
sum instituisse ipsum Sacrificium
Eucharistiæ. Est igitur in Eccle-
sia non tantum spirituale Sacrifi-
cium, ut hæretici garriunt, verum
etiam externum, nempe sacro-
fancta Liturgia, quam Christus
loco omnium externorum Sacri-
ficiorum veteris Legis nobis reli-
quit. Spiritualia sacrificia ad om-
nes in universum Christianos
spectant, ut sunt puræ preces, hu-
milis contritio cordis, pia morti-
ficatio carnis, ac cetera huiusmo-
di, propter quæ cuncti verè fideles
regale Sacerdotium & Sacerdo-
res in sancta Scriptura appellan-
tur: at Missæ Sacrificium ab illis
duntaxat offerri potest, qui Sa-
cerdotes consecrati sunt. Iam cum
Ecclesia Dei nihil hoc Sacrificio
sublimius habeat, dolendum sa-
nè

2.
Missam
esse verè
& propriè
novam le-
gi Sacri-
ficiũ, &
quidem
secundum
ordinem
Melchise-
dech.Psal. 109
Heb. 5.
& 7.
Luc. 22.Non tan-
tum spi-
rituale
internũ
aut meta-
phoricũ,
sed verũ
& propi-
etiarũ.

1. Pet. 2.

Apoc. 14

Facula
Hæreticorum.

nè est, plerisque Sacerdotes nimis negligenter & irreverenter Missam peragere. Verumtamen propter eorum vitia, neque Sacrificium neque Sacerdotium maledictis impetendum est.

3.
Cultus
intra-
tio San-
ctorum
in anti-
quissimo
Liturgiis
apparet.

Quoddà nobis invocari & honorari debeant Sancti, eadem beati Jacobi Liturgia docet his verbis: *Commemorationem agamus sanctissima, immaculate, gloriosissima, benedicta Domina nostre matris Dei & semper Virginis Marie, ac omnium Sanctorum & Justorum, ut precibus ac intercessionibus eorum omnes misericordiam consequamur.*

Hæc tibi. At Hæretici hujus temporis à satana instigati, dicunt, Sanctos hac vita defunctos non esse invocandos aut honorandos à fidelibus. Scit enim diabolus, nos plurimum adjuvari precibus ac meritis beatæ DEI Genitricis atque aliorum Sanctorum: ob idque invidia ardens, nos tanto bono per hæreticos spoliare nititur. Ex divinis Scripturis discimus, Deum propter Sanctos, qui vel adhuc vivunt, vel jam hinc emigrarunt, præstare beneficia mortalibus, & misericordiam gratiamque donare. Si enim Sancti, cum adhuc corruptioni obnoxii, peregrinarentur à Domino, multum alios suis precibus apud Deum adjuvare poterant; quanto magis ad facere possunt jam à corruptione alieni, ac Deo perfecte conjuncti? Cum sint unum cum eo quia omnia potest, ipsi quoque aliquo modo possunt omnia, &

Si mortales orant pro nobis, quidni post mortem regnantes in caelis?

orationes nostras cognoscunt suscipiuntque. Judas Machabæus vidit Oniam, virum pium, qui defunctus erat, manus protendentem, & orantem pro omni populo Judæorum: vidit & alterum ætate gloriaque admirabilem, de quo ipse Onias dixit: *Hic est fratrum amator, & populi Israel: hic est qui multum orat pro populo, & universa sancta civitate, Jeremias Propheta Dei.* Hæc visio Judæ secundo libro Machabæorum annotata est. Libri autem Machabæorum, licet ab hæreticis rejiciantur, ab Ecclesia tamen habentur pro Canonicis.

2. Mach. 15.

Onias & Jeremias post mortem orant pro populo Dei.

In eadem Jacobi Liturgia magnificè laudatur Dei genitrix virgo Maria hoc modo: *Dignum est, ut te beatam dicamus Deiparam, modis omnibus irreprehensam, & matrem Dei nostri, honorabiliorem quam Cherubim, & gloriosiore quam Seraphim, que sine corruptione Deum Verbum peperisti. Te reverè Deiparam magnificamus Tibi, o plena gratie, universa creatura gratulatur, Angelorum cœus, & hominum genus, que es templum sanctificatum, paradysus spiritalis, virginum gloria, ex qua Deus carnem assumpsit, & puer factus est Deus noster qui est ante secula, &c.*

4.
Illustris laudatio & invocatio B. Virginis, præcunte Liturgia S. Jacobi.

Orandum esse pro fidelibus defunctis, ipsa eadem beati Jacobi Liturgia testatur, vbi Sacerdos precatur hunc in modum: *Memento Domine Deus noster Orthodoxorum & rectè de fide sentientium, ab Abel justo, usque in hodiernum diem,*

5.
Oratio pro defunctis, ibidem.

Facula
Hæreti-
corum.

Fac eos requiescere in regione viuentium, in regno tuo, in deliciis paradisi, in sinu Abrahe, Isaac, & Jacob sanctorum Patrum nostrorum: unde exulat dolor, tristitia & gemitus: ubi presidet lumen vultus tui, & perpetuo refulget. Itemq; alio loco in eadem Liturgia Sacerdos orat ita: Fac ut oblatio nostra grata & acceptabilis sit, per Spiritum sanctum sanctificata, in propitiationem peccatorum nostrorum, & eorum quæ populus per ignorantiam admisit, & in requiem animarum eorum qui ante nos dormiunt. Rursum in eadem Liturgia Diaconus profert hæc verba: Pro remissione peccatorum nostrorum, & propitiatione animarum nostrarum, & pro omni anima afflicta & vexata, misericordia & auxilii Dei indigente, & pro conversione errantium, curatione infirmorum, liberatione captiuorum, requie Patrum & fratrum nostrorum, qui ante nos dormierunt, dicamus extensa voce: Domine miserere. Hæc tibi. Si à vero rationis iudicio non decidissent hæretici, viderent profecto, quàm rectè Ecclesia Dei oret pro fidelibus defunctis. Nam secundo Machabæorum libro (quem pro Canonico Ecclesia recipit) habentur hæc verba: Sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut à peccatis solvantur. Hinc constat, esse Purgatorium. Neque enim oramus pro illis animabus quæ vel in cælo, vel in inferno sunt: sed pro illis dumtaxat, quæ adhuc purgari debent, antequam cæle-

2. Mach.
32.

stem plenamque beatitudinem adipiscantur.

Prædicta beati Liturgia semper à Catholicis magnæ fidei habitata est, & in Ecclesia Dei magnâ obtrinit auctoritatem. Quæ quia primùm Græcè scripta fuit, complures Orthodoxi Patres Græci meminerunt ejus, & eam citant in suis lucubrationibus. Basilium Magnus & Ioannes Chrysostomus suas Liturgias ad similitudinem illius cōscripserunt, & multa ex ea mutuati suat. Denique sextum Concilium, quod Constantinopoli sub Justiniano ejus nomine secundo Imperatore in palatio regali, quod nominatur Trullus, celebratum est, dicit, illam à Iacobo Apostolo scriptam fuisse, atque ex ea hæreticos refellit, uti liquet ex trigesimo secundo Canone illius Concilii. Quin etiam ipsa Liturgia innuit Iacobum esse auctorem. In illa enim, ubi jam conficienda est Eucharistia, habentur hæc verba: Ea nocte quâ tradebatur, vel potius seipsum tradebat (Iesus Christus) pro vita & salute mundi, accipiens panem in sanctas, immaculatas & inculpabiles manus suas, in calum suscipiens, ac tibi Deo & Patri ostendens, gratias agens, sanctificans, frangens, dedit nobis discipulis suis & Apostolis, dicens, Accipite, &c.

Porro cum hæc Liturgia Iacobi Apostoli clarissimè ostendat, orandum esse pro fidelibus defunctis, non fuerit intemptivum hic apponere nonnulla quæ beatus

tua

6.
S. Iacobi
Liturgia
magna
est in Ec-
clesia au-
thoritas.

7.
Pro de-
functis
orationem
probat
Damasus
nus ex Pa-
tribus
Græcis

Facula
Hæreti-
corum.

tus Joannes Damascenus de hac traditione Apostolica scribit in Sermone quem de Defunctis edidit. Sic enim ibi loquitur: *Discipuli illi Salvatoris, & divini Apostoli, qui ipsius Verbi spectatores fuerunt, totiusq; mundi circulum vivum ceperunt, in tremendis atque impollutis & vitalibus mysteriis memoriam eorum, qui fideliter obdormierunt, habendam edixerunt.* Postea in eodem Sermone citans beatum Ioannem Chrysostomum, ait: *Joannes ille, cui ab auro cognomen est (verè enim aurea verba loquitur) Non temerè, inquit, aut casu hæc à sapientissimis DEI discipulis sancita, atq; Ecclesie ipsius tradita fuerunt, ut Sacerdos in tremendis Mysteriis preces fundat pro fidelibus defunctis.* Rursum in eodem Sermone Damascenus allegat divum Gregorium Nyssenum, his verbis: *Sapientissimus Gregorius Nyssenus ait: Non absque ratione & utilitate à Christi predicatoribus & discipulis traditum est, & in sancta Dei Ecclesia ubique vim legis obrinuit, sed res est modis omnibus utilis, Deoq; imprimis grata, videlicet memoriam eorum, qui in recta fide dormierunt, facere in divina illa lumineq; plena mystagogia.* Hæc ex Damasceno. Itaque hæretici ævi nostri vel modò pudore affecti sileant, qui dicunt, consuetudinem orandi pro defunctis antiquam non esse, & Patres ac Christianos Ecclesie primitivæ eam non tenuisse.

8.

3477a

Ritus Missæ quos Iacobus Apostolus litteris commendavit,

expressi quidem non sunt in Scripturis Canonicis; sed multa Apostoli à DEO edocti Ecclesie tradiderunt, quæ in Sacris litteris expressè posita non sunt. Evangelium certè dicit, divinam adorandamq; Eucharistiam (quæ & Sacramentum & Sacrificium est) à Christo institutam fuisse: at quo ritu ipsum Sacrificium peragi debeat, non dicit. Quod autem Apostoli plurima, vel potius innumera Ecclesie tradiderint, quæ in divinis litteris non sunt expressa, Lector plenissimè cognoscere poterit ex lectione hujus Libelli sive farraginis.

Neque mirum videri debet, quòd Apostoli multa docuerint, quæ Scripturis diuinis comprehensa non sunt; cum beatus Ioannes in calce libri sui Evangelici testetur, Dominum Iesum multa fecisse, quæ in Evangelio scripta non fuerunt. Atenim: *Sunt & alia multa, quæ fecit Iesus; quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt, libros.* Sicut autem plurima fecit Iesus, de quibus Evangelia nihil narrant: ita proculdubio multa sacratissimo ore suo protulit, quæ ibi non sunt adnotata. Sanè Paulus Apostolus affirmat ipsum Dominum Iesum dixisse hæc verba: *Beatius est magis dare, quàm accipere: quæ tamen verba nusquam in libris Evangelicis legimus.* Lucas etiam in initio libri Acta Apostolica continentis, refert, eundem Christum

Scriptura
no omnia
credenda
à nobis,
in sese
plene &
plene cō-
tinet.
Matth.
26.
Mar. 14
Luc. 22.

9.
Evidens
est ex
Scriptu-
ris, tradi-
tiones nō
scriptas
concedi
debere,
1. Ex E-
vangelio
Ioannu.
Ioan. 21.

2. Ex ver-
bis Pauli.

Eccc 3

stum

Facula
Hæretico-
rum.

stum Redemptorem nostrum post resurrectionem suam per dies quadraginta apparentem discipulis suis, locutum fuisse eis *de regno Dei*: hoc est, de beatitudine cælesti, & statu atq; gubernatione militantis Ecclesiæ. Atqui ex verbis quæ tot dierum spatio locutus est, paucissima divinis Scripturis sunt mandata. Credimus autem, Apostolos ea, quæ tunc ab ore Christi acceperant, tradidisse postea illis, quos vivâ voce instituebant. Eodem Actorum Apostolorum libro loquens Lucas de Paulo & Sila ac Timotheo, ait: *Cum pertransirens civitates, tradebant eis custodire dogmata quæ erant decreta ab Apostolis & senioribus qui erant Ierosolymis.* Sicut autem civitates illæ reverenter susceperunt ea, quæ Ecclesia ipsis per Paulum & collegas ejus proponebat; ita apud nos quoque omnia, quæ tradiderunt & statuerunt, vel dixerunt Apostoli, magnam auctoritatem habere debent, etiam si in sacris & Canonicis libris non inveniuntur expressa. Siquidem ipse Paulus scribens Thessalonicensibus, etiam traditiones non scriptas jubet servari, his verbis: *Fratres, state, & tenete traditiones, quas didicistis, sive per sermonem, sive per epistolam nostram.* Et Christus omnibus Apostolis atque eorum successoribus dicit: *Non vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis.* Quare ea quæ Apostoli & Ecclesia docent, pro verbo DEI

4. Ex decretis Apostolicis. A. G. 16.

5. Ex monito Pauli. 2. Theff. 2.

6. Ex Christi verbis. Matth. 10.

habenda sunt: nec contemni nullo modo possunt, nisi ab his qui hostes Dei sunt.

Auctoritas ipsius Ecclesiæ Catholicæ (quam Paulus columnam & firmamentum veritatis nuncupat) ingens est. Nam si credere debemus dictis Matthæi vel Ioannis qui membra sunt Ecclesiæ, quantum magis fides habenda est verbis & doctrinæ totius Ecclesiæ? Si item non ambigimus, Spiritum Sanctum locutum fuisse per Apostolos; quomodo dubitare poterimus eum loqui per Ecclesiam, Apostolorum matrem? Itaque in his quæ Ecclesia approbat, & nobis suscipienda credendaque proponit, non oportet anxie requirere testimonium Scripturarum Canonicarum.

Neque enim Deus voluit omnia in Scripturis aperte exprimi: ut disceremus humiliter tubesse Ecclesiæ, & pateremur nos ab illa instrui, nostrumque iudicium ejus iudicio submitteremus. Satis nobis esse debet quod ita docet & credit veritatis columna, videlicet Ecclesia Catholica atque Apostolica, quæ erroris experta est. Adeo vult Christus omnes obedire Ecclesiæ, ut in Evangelio dicat, eum qui illam non audit, habendum esse pro Ethnico & Publicano. Ipse eidem Ecclesiæ semper adest, eamque regit, quemadmodum est pollicitus dicens: *Ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi.*

10. Auctoritas Ecclesiæ aqua. Tu est auctoritas Apostolorum. 2. Tim.

11. Et ut ed nos submitteremus, non sicut Deus omnia in Scripturis habet.

12. Matth.

13. Matth.

Ne-

Pericula
Hæretico-
rum.

12.

Ecclesia
Romana
est quam
exire
non
possunt.

Neque alia quærenda est Ec-
clesia Apostolica, quam illa cui
Romanus Summusque Pontifex
loco Christi præsidet in terris.
Hæc enim fidem atque doctrinam,
quam à Christo & Apostolis Apo-
stolorumque discipulis ac sanctis
eorum successoribus accepit, in
hodiernum usque diem servat in-
tegram. Eam verò fidem & do-
ctrinam hic libellus non obscure
ostendit, convincens mendacii
hæreticos hujus tempestatis, qui
ut imperitis & incautis facilius
imponant, dicunt se sic credere &
docere, sicut Patres Deo chari in
primitiva Ecclesia crediderunt at-
que docuerunt.

13.

S. Jacobus
sacramen-
tum ex-
tra
Vestitu-
m com-
mendat
fidelibus.
Jacob. 5.

Sed quia hoc capite tractavi-
mus potissimum de Liturgia Ia-
cobi Apostoli, adjiciemus in cal-
ce etiam id quod idem Apostolus
in epistola sua scribit de Sacra-
mento extremæ Unctionis, quod
hæretici modò insolentissima te-
meritate abrogare volunt. Ait er-
go: *Infirmatur quis in vobis? indu-
cat Presbyteros Ecclesie, & orent su-
per eum, ungentes eum oleo in nomi-
ne Domini: & oratio fidei salvabit
infirmum, & alleviabit eum Domi-
nus: & si in peccatis sit, remitten-
tur ei.* Hic beatissimus Iacobus
monet ut fiat, quod Christus circa
fideles, qui periculosè ægrotant,
faciendum instituit. Non quid-
quam suum statuit, sed illud no-
bis tradit, quod à Christo didicit.
Divus Innocentius, Pontifex
Summus hujus nominis primus, ad
quem semel atque iterum scripsit

beatus Iohannes Chrysostomus, in
sine epistolæ suæ ad Decentium
Eugubinum, Episcopum datæ,
meminit extremæ Unctionis, &
citat hunc locum Iacobi Apo-
stoli. Id ipsum facit sanctus Augu-
stinus secundo libro de Visitatione
infirmorum. Nimirum Ecclē-
sia Catholica Sacramentum istud,
quòd ab initio accepit, fideliter
retinet, & usque ad consumma-
tionem sæculi retinebit, quan-
tumcunque oblatrent inimici ve-
ritatis hæretici.

CAPUT II.

*Ex scriptis sancti Martialis, &
aliorum.*

1. *Martialis Apostolus Galliarum docet, Eu-
charistiam esse Sacrificium Corporis Christi in alta-
ri pro salute nostra à Sacerdotibus oblatum.*
2. *Idem ex Iustino Martyre.*
3. *Sanctus Martialis consecrationem altaris
& Basilicæ commemorat;*
4. *Item salutiferum signum Crucis:*
5. *Votum etiam Virginitatis.*
6. *Docet, sanctas animas Deum videre an-
te finem sæculi.*
7. *Virginitatem & calibatam præfert ma-
trimonio.*
8. *Calibatam docet Sacerdotum, quod etiam
docent Canones Apostolorum;*
9. *Divros quoque gradus Ordinum sa-
cerdotum.*
10. *Recta fides de Trinitate à sancto Mar-
tiali.*
11. *Ecclesiam Dei semper prevalituram cõ-
tra hæreticos, ostendit idem sanctus Martialis.*
12. *Sanctus Martialis interfuit Cænæ ulti-
mæ, comprehensioni & Ascensioni Christi.*
13. *Dedicavit Virgini & Apostoli Ecclē-
stias cum cereis, lampadibus, vasisq; aureis & ar-
gentis.*
14. *Purgatorium ostenditur.*

BEATUS Martialis Domini no-
stri Iesu Christi discipulus,
qui cum Apostolis etiam ante pas-
sionem Dominicam conversatus
est,

1.
S. Mar-
tialis
docet esse
sacris-

Citatur
ab Inno-
centio Pa-
pa, & à
S. Augu-
stino.

Facula
Hæreti-
corum
vium ve-
rum Cor-
poris &
Sanguis
Christi.
Cap. 3.

est, ac postea à sanctissimo Apo-
stolorum Principe Petro in Gal-
lias ad prædicandum evangelium
missus fuit, in epistola quam ad
Burdegalenses scripsit, ita de Sa-
cerdotibus & sacra Eucharistia
loquitur: *Honorabatis Sacerdotes
qui decipiebant vos sacrificiis suis,
quæ mutis & surdis statuis offere-
bant, quæ nec se nec vos juvare pote-
rant. Nunc autem multo magis Sa-
cerdotes Dei omnipotentis, qui vi-
tam vobis tribuunt in calice & vivo
pane, honorare debetis.* Et paulò
post de Eucharistiæ Sacrificio,
hoc est de Missa, scribit hæc ver-
ba: *Sacrificium Deo creatori offer-
tur in ara, non homini neque An-
gelo.* Moxque subjungit: *Ubique
offertur Deo oblatio munda, sicut te-
stis est: cujus Corpus & Sanguis
in vitam æternam offerimus.* Rursumque ait: *ipse (Chri-
stus) corpus habens immaculatum
& sine peccato (quia conceptus est
de Spiritu sancto, natus ex Maria
Virgine) in ara Crucis ipsum per-
misit immolari. Quod autem Iudæi
per invidiam immolaverunt, putan-
tes se nomen ejus à terra abolere, nos
causa salutis nostræ in ara sanctifi-
cata proponimus: scientes hoc solo
remedio nobis vitam præstandam, &
mortem effugandam. Hæc enim ipse
Dominus noster jussit nos agere in sui
commemorationem.* Attendant &
expendant ista hæretici, qui de
Sacerdotio & Eucharistia, Missæ-
quæ Sacrificio malè sentiunt. Di-
scant & hinc, Christum instituis-
se divinum illud Sacrificium, jus-

Malach.
1.

sisseque discipulis suis ut ipsum
offerrent in sui commemoratio-
nem.

Sanè Iustinus Philosophus &
Martyr, qui tam vicinus Aposto-
lis fuit, ut Ioanem evangelistam
vidisse potuerit, in libro quodam
& Dialogo à se edito, disputans
cum Tryphone Iudæo, affirmat
cum Martiale, istud Eucharistiæ
Sacrificium esse mundam illam
oblationem, de qua Deus per Ma-
lachiam Prophetam Sacerdoti-
bus Iudæorum locutus est ita:
Non est mihi voluntas in vobis, dicit
Dominus exercituum, & munus non
suscipiam de manu vestra. Ab ortu
enim Solis usque ad occasum, mag-
num est Nomen meum in Gentibus,
& in omni loco sacrificatur, & offer-
tur Nomini meo oblatio munda.

2.
Confirma-
tur idem
ex S. Iu-
stino Mar-
tyre.

Malach.
1.

De consecratione altaris ac Ba-
silicæ sancti Stephani, ipse Mar-
tialis eodem loco ait: *Dum alta-
ria demonum in pulverem redige-
rentur, aram ignoti Dei ad conse-
crationem reservari jussimus: quæ
dedicata in Nomine Domini DEI
Israel, & ipsius * testis Stephani,
qui pro eo à Iudæis passus est, non ho-
minis cultum, sed Dei in ea frequen-
tatis.* Hæc ibi. ecce aram in no-
mine Dei & Martyris ejus Step-
hani consecratam. Sed modò con-
secrationem templorum atque
altarium irrident hæretici. At-
qui in Veteri Testamento, quod
umbram futurorum continebat,
legimus Moysem jussu Dei conse-
crasse tabernaculum testimonii,
& altare,

3.
Testimo-
nium S.
Martia-
li de con-
secratio-
ne Basili-
cæ & al-
tarij.
Act. 7.

* Ex
Græco
Martyr
testis
dicitur.

Levit. 4.

Ipsi

Paula
Hæreticorum
4.
Lignum
Crucis
salutiferum, id est
s. Martialis
prædicat.
Cap. 8.

Ipsi hæretici traditiones Apostolicas, atque ad eum ipsum Crucis signum, quod Dei Ecclesia Sacramentis, rebusque consecrandis tam diligenter adhibet, & quo fideles omnes sese assidue munire debent, despiciunt. Ceterum de hoc salutifero ligno Martialis in eadem Epistola scribit in hæc verba: *Crucem Domini, in quem credidisti Deum verum & Dei Filium, semper in mente, in ore, in signo tenete. Crux enim Domini, armatura vestra invicta contra satanam, galea custodiens caput, lorica protegens pectus, clypeus tela maligni repellens, gladius iniquitatem & angelicas insidias perversæ potestatis sibi propinquare nullo modo sinens. Hoc solo signo celestis victoria data est nobis, & per Crucem Baptisma sanctificatum est.*

5.
Virginitatem emittit
s. sancta
Valeria
& Mar-
tialis in-
ducunt.
Cap. 8.

Idem Martialis in Epistola ad Tolosanos testatur, se sua cohortatione effecisse, ut sancta Valeria virginitatem Deo voveret: sed carnales hæretici hujus temporis votum castitatis impudentissima garrulitate vituperant. Ut autem Lector facilius intelligat verba Martialis, quæ à nobis subjungentur, historiam breviter enarrabimus. Ipsa nobilis virgo Valeria, sponsa erat Stephani Principis Galliæ Aquitanicæ. Quam cum ille urgeret ad celebrandum nuptias, & videret in proposito virginitatis animam obfirmasse, iratus jussit eam capite plecti. Paulo post tamen Christianam fidem tulcepit, & baptizatus cælibem

vitam egit. Nam cum vidisset, satellitem suum sive spiculatorem, qui Valeriæ caput amputaverat, (eum Martialis Tyrannum appellat) subito coram se expirasse, vehementer exterritus, advocavit beatum Martialem. Qui cum advenisset, & spiculatorem mortuum ad vitam in nomine Domini Jesu revocasset, Stephanus in Christum credidit cum suis satrapis. Ait ergo Martialis: *Stephanus, qui jam cognovit veritatem DEI creatoris sui, & baptizatus est à me cum tyrannis & satellitibus suis, in gratia Dei quotidie crescit, nova proles germinis vivi, quam Dominus noster Jesus Christus usque in finem sæculi, per eos quos novit & predestinavit, sibi multiplicabit secundum divitias gratiæ suæ. In cuius nomine, sicut multi vestrum viderunt, tyrannum ejus resuscitavi à mortuis, qui & ipse cum satrapis baptizatus, à morte duplici substractus est. Virgo autem Valeria, sponsa Regis terrestris, sed melius sponsa Regis celestis, que per meam prædicationem virginitatem mentis & corporis Deo devoverat, gladio decollata, dum vitam temporalem contempsit, eternam invenit: & temporalem mortem pro Christo suscipere non recusans, eternam mortem devicit. Hæc enim per operationem meam Spiritu sancto repleta, magna effecta est in gratia Dei. Et ideo prudens virgo ad celestia regna pervenit, & diabolum triumphavit. Hæc Martialis de sanctissima virgine Valeria.*

F f f f

Non-

Facula
Hæreti-
corum.

6.
Anima
beate vi-
dent Deū
ante di-
em judi-
cii, ex di-
ctis San-
cti Mar-
tialis.
Philip. 1

Nonnulli hæretici etiam nunc dicunt, Sanctos ante iudicii ac resurrectionis diem non ingredi cælum, & Deum non videre: sed eos confutat ipse Martialis, dum asserit beatam Valeriam pervenisse, ad regna caelestia. Confutat illos & Paulus Apostolus, dum ait: *Cupio dissolvi, & esse cum Christo.* Profectò fieri non potest, ut is qui pervenit ad regnum caeleste, & cum Christo est, Deum non intueatur, cum omnes qui in cælo sunt, Deum videant sicuti est. Iam olim Ecclesia Catholica clara voce * pronuntiavit, sanctas perfectasque animas statim post mortem corporis recipi in cælum, ac beatâ Dei visione perfrui.

g. Ioan. 3
*In Cõ-
cilio
Floren-
tino, an-
no 1439
questio
ne de ig-
ne Pur-
gatorio

7.
Virgini-
tas & ca-
libatus
matrimo-
nio præ-
ponitur,
testeco-
dem.

Rom. 13
Ephes. 3

Rursum eodem loco Martialis loquitur de Stephano Principe, hoc modo: *Sponsus virginis (Valeriæ) adeò est effectus testis passionum Christi, ut in corpore suo caelestem conversationem jam prebeat subditis, desideria carnis suæ crucifigens, & regnum diaboli comminuens. Nec solum Christo, cui credidit, Ecclesias per suum regnum, secundum quod Spiritui sancto & nobis visum est, disponere & fabricare gaudet; sed antiqua templa demoniorum, ac spurcissima fana idolorum destruens, perfectus in fide videtur. Ipsius enim iussu idola Cadurci oppidi & Tolosane urbis, & confinii eius, jam nuper diruta sunt. Cui etiam obedire debetis in omnibus, quia Princeps à Deo vobis est constitutus, à quo omnis potestas & paternitas in cælis & in terra originem &*

*fortitudinem sumpsit. Quem Principem bonum ad hoc tantum munus perduxit germen novellæ fidei, per quam novus homo factus, novo homini conjunctus est: ut pro suavitate quoque præmi futuri illectus, copulam carnalium nuptiarum devita- verit per meam predicationem, quatenus liberior Deo famulari possit, & multas catervas populorum subdere fonti regenerationis. Nec ideò tamen prohibemus nubere legitimo connubio: cum & hoc conjugium honestum concessum sit, & constitutum à Deo ab initio mundi in multiplicatione generis humani. Atque infra Martialis addit: *Ultra hunc gradum homini licitè concessum, viduitatem in premio majori constituit. Sed & tertium excellentem gradum honestatis in virginitate demonstravit nobis perfectum, & per omnia similem Angelicæ dignitati. Hæc ibi. Paulus etiam Apostolus aperte præfert virginitatem conjugio, dicens: Qui sine uxore est, sollicitus est quæ Domini sunt, quomodo placeat Deo. Qui autem cum uxore est, sollicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori, & divisus est. Et mulier innupta, & virgo, cogitat quæ Domini sunt, ut sit sancta & corpore & spiritu: quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat viro. Ac rursum: Qui matrimonio jungit virginem suam, benè facit: & qui non jungit, melius facit. Hæc Paulus. Falsum igitur est, quod hæretici deblaterant, dicentes, virginitatem conjugio non præferre.**

O ho-

Pecula
Hæreti-
corum.
8. **O homines à recto iudicio alienissimos!**

Sacerdo-
ter in pri-
mitiva
Ecclesia
valiter
fuisset,
idem do-
ctus.
Beatus Martialis, vir castissimus atq; purissimus, laicum Principem ad servandum cælibatum hortatus est: at hæretici & virgines Deo consecratas, & Monachos sincero Dei cultui addictos, nefandis matrimoniis nunc copulant. Qui ut facilius Sacerdotes Domini in sacrilegas nuptias & nassam perditionis pertrahant, aiunt, Presbyteros in primitiva Ecclesia iniisse connubia: sed hoc verum non est. Tunc quidem nonnulli, qui eximia probitate vel sanctitate præditi erant, etiam si uxores haberent, promovebantur ad Sacerdotium, modò tam ipsi quàm uxores eorum bigamiæ expertes essent: sed nunquam sub nova Evangelicâque lege, is qui jam Sacerdos erat, permissus est uxorem ducere in Ecclesia Dei.

Can. 26. Hinc Apostoli in Canonibus suis dicunt: *Innuptis, qui ad Clerum provehi sunt, precipimus, ut si voluerint, uxores accipiant, sed Lectores Cantoresq; tantummodo.* Et rursum:

Can. 17. *Qui post Baptismum duabus implicatus fuit nuptiis, aut concubina habuit, non potest esse Episcopus, vel Presbyter, vel Diaconus, vel omnino ex ordine Clericorum.* Item:

Can. 13. *que: Qui viduam duxit, aut ejectâ, aut meretricem, aut aliquam que publicis mancipata sit spectaculis, Episcopus aut Presbyter, aut Diaconus, aut omnino de sacro Clericorum numero esse non potest.* Itidem Paulus Apostolus ostendens quisnam

poterat Sacerdos fieri, ait: *Si quis Tit. 2. sine crimine est, unius uxoris vir.* &c. De Episcopo quoque sic scribit: *Oportet Episcopum sine crimine esse, unius uxoris virum.* Et de Diaconibus etiam dicit: *Diaconi sunt unius uxoris viri.* Hoc est, non sint bigami.

Notent autem hic hæretici nostræ tempestatis, qui gradus Ordinis sacri, deliramenta bardorum hominû esse iudicant, quàm seriò Apostoli *Episcopos, & Sacerdotes, & Diaconos, & alios ministros Ecclesiæ* exprimant. Nam cum in veteri lege, quæ veritatis umbram præferebat, Levitæ & Sacerdotes, & Principes Sacerdotum fuerint, qui res sacras curarent tractarentque, & peculiare ministerium Deo impenderent: justum profectò fuit, ut in nova Evangelicâque Lege, quæ divinum Eucharistiæ Sacramentum atque Sacrificium nobis exhibet, gradus illi Ordinis sacri haberentur. Enimverò Sacerdotium secundum ordinem Aaron figura erat Sacerdotii Christi quod est secundum ordinem Melchisedech: *Psal. 109*

& qui funguntur hoc novi Testamenti Sacerdotio, sub specie panis & vini offerunt Deo verum Corpus Christi & Sanguinem. Planè Deus, qui varios spirituum Angelicorum ordines in cælo constituit, distinctos etiam Ecclesiasticæ functionis gradus in terra voluit esse, miram Hierarchiam utrobique disponens. Videmus & in externa Republica diversos

Ffff 2

esse

Facula
Hæreti-
corum.

10.

Sanctus
Martialis
de S. Tri-
nitate
confesso-
nem pro-
fert:

Cap. 10.

esse gradus eorum qui illam ad-
ministrant, Deo ita ordinante.

Quia verò intelleximus, quof-
dam etiam hisce temporibus no-
stris de Divinitate mysterioq; Tri-
nitatis non rectè sentire, appone-
mus hic nonnulla, quæ S. Martia-
lis in ipsa epistola ad Burdegalen-
ses de altissimo illo scribit myste-
rio. Ait igitur: *Sanè de mysterio
Trinitatis, quam bonus & suavis
Deus Rex Regum, per nostram an-
nuntiationem revelare dignatus est
vobis, scitote intelligentes, quia ul-
tra omnem sensum Angelicarum
potestatum & virtutum vera Divi-
nitas excellit, quam impossibile est
etiam à spiritibus Angelicis com-
prehendi. Sola enim Trinitas in
Divinitate unitatis seipsam novit.
Hæc enim ante sæcula in claritate
sua eternitatis permanebat, nihil in
se diminutum, vel quod augeri pos-
set, continens: sed unius eternitatis,
unius voluntatis, unius essentia, unius
sanctitatis, unius puritatis, ultra
omnem puritatem, ultra omnem glo-
riam, in charitate, in veritate, in bo-
nitate habitavit. Et paulò infra:
Fratres, scitote, quia Verbum in
quod credidistis, Filius est, unigeni-
tus ante omnem substantiam, ante
omne initium. Ipse est enim prin-
cipium, quia de principio ineffabili-
ter genitus est. In nostro verò tempo-
re mirabiliter ab Angelo annun-
tatus, & in veritate incomprehensi-
bili de Virgine Maria natus est, ni-
hil diminutus à Divinitate majesta-
tis sue: cujus nos testes sumus. Spi-
ritus verò Dei, qui vos sanctificavit*

De Ver-
bo Incar-
natio.

credentes in ipsum, qui Filium natu-
ralem & sibi secundum eternita-
tem coequaltem per omnia, resuscita-
vit tertia die à mortuis, non est ge-
nitus sicut Verbum: quia ipse Spi-
ritus in divina equalitate gloriosus,
processit ineffabiliter ab eo qui ge-
nuit, & ab eo quoque qui genitus est.
Itaq; Spiritus Domini non genitus,
non factus, non creatus, sed proce-
dens est à Patre, & Verbo. Verbo
autem Domini cal: firmati sunt, &
spiritu oris ejus omnis virtus eorum.
Itaq; nihil discretum in Divinitate
Trinitatis sentietis: quia nobis unus
& idem Deus, qui cuncta creavit,
Pater; & unus & idem Dominus,
per quem omnia facta sunt, Filius
eius Iesus Christus; & unus idemq;
Deus, Spiritus sanctus, in quo omnia
subsistunt. Ex hæc in personis tria
divisa, in Divinitate unus Deus
indivisus est. Hæc ibi.

Ceterum de hæresibus, de quæ
firmitate Ecclesiæ Catholice &
hæreticis, beatus Martialis mox
postea in eadem Epistola loqui-
tur ita: In novissimis temporibus
(videlicet quando in celo cum Chri-
sto, quem Deum & hominem in ter-
ra adoravimus, erimus soluti à cor-
pore, venturi verò post nos in hac ter-
rena pugna conversabuntur) oportet
multos discedere retrò dū Deum,
qui illos creavit & vocavit, abnega-
re non timebunt. Et inimicus, qui
nunc à cordibus vestris proiectus est,
venturus est ut supersemnet in po-
pulo Dei grana errorum. Sed firma
Ecclesia Dei & Christi, nec cade-
re, nec dirumpi poterit unquam.
Veniens

Pfal. 127.

11.

Quod Ec-
clesia Dei

provali-
tura sit

curat

hæresibus

docet idē

Martia-

lis

Cap. 15.

Pecula
Hæreti-
corum.

Venient autem presumptores absq[ue] gratia Dei, loquentes, quorum gloria labiorum procedit ex superbia: similes illi, qui superbia calum præsument habitare, mox decalo cum Angelis suis sequacibus ruit in æternam voraginem. Hi docebunt aliam doctrinam, qua aliena est à Deo, amica autem diabolo: per quam ipse spiritus erroris animas post se trahere festinabit.

12. *S. Martialis* Ille beatissimus Martialis, qui in Cœna novissimè & institutio-
na ne sacræ Eucharistiæ præsens fuerat, evidenter ostendit se etiam
inter- adfuisse, cum Christus in horto
fuisset, comprehenderetur; ait enim in
et Epistola ad Tolosanum: Discipulo
Ascen- suo, à quo tradendum se noverat,
sani Do- dulcedine sua bonitatis (nobis trem-
mini. mentibus & intuentibus sciviam
eorum qui eum comprehendere vene-
rant) osculum dedit. Qui autem
eum irradidit, condiscipulus nobis er-
rar, &c. Et supra in eadem epistola

Cap. 13. scribit hunc in modum: Vobis
iam notum feci, & iterum vobis no-
tum facio, quod Christus, postquam
resurrexit de sepulchro, conversatus
est nobiscum per dies quadraginta,
& convesci nobiscum non est dedig-
natus, &c. In initio quoque Epi-
stolæ ad Burdegalenses scriptæ
Cap. 2. ita loquitur: Resurrexit ante lucem
die tertia de loco in quo eum sepeliri
vidimus, & apparuit nobis, & lati-
ficavit nos: testes enim sumus, quia
eum ascendere in celum vidimus.

Inventio
Epistolæ
rum san-
cti Mar-
tialis.
Portò, istæ duæ præcellentes &
verè Apostolicæ sancti Martialis
Epistolæ ad Burdegalenses & To-

losanos, fuerunt Dei beneficio tandem post multa sæcula inventæ Lemovicis, in Basilica sancti Petri Apostoli, (ibi enim sepultus fuit ipse Martialis) in arca saxeâ sub terra.

Idem Martialis evangelium in Galliis prædicans, cum cognovisset Petrum & Paulum Apostolos Romæ martyrio vitam hanc finivisse, Basilicam jam à nobis commemoratam in urbe Lemovica extruendam curaverat: altare laminis aureis investiverat: lucernas ac lampades, quæ ante altare collucebant, ex auro purissimo posuerat: Crucem, thuribulum, & candelabra aurea fieri præceperat: demumque ipsam Basilicam in honorem omnipotentis Dei ac beati Petri Apostoli, præsentente Stephano Principe, solemniter consecraverat, ut historiæ veridicæ tradunt. Dedicavit & alias Basilicas Salvatori Christo, ac B. Mariæ virgini Deiparæ, sanctoque Andreae Apostolo Notent hic hæretici, etiam in primitiua ecclesia varium Basilicarum ornatum, & cereos vel lampades fuisse in usu. Hæc & Apostolici

Canones testantur, in quibus ita scriptum est: Vas aureum & argenteum sanctificatum, aut velamen linteumve nemo amplius in usus suos assumat: id enim iniquum est. Et supra: Si Clericus aut laicus ceram vel oleum ex sancta surripuerit Ecclesia, excommunicetur. Ac rursum in initio ipsorum Canonum: Licetum non est aliud quid-

13.
B. Virgini,
& SS. Petro & Paulo
Basilicam
dedicavit
idem
Martialis.

Cerei,
lampades,
vasa aurea & argentea
in Ecclesia.

Can. 73

Can. 71.

Can. 2.

Facula
Hæreci-
corum.

piam admoveere ad altare, quàm oleum in luminaria, & incensum tempore sanctæ oblationis. Hæc ibi. Nihil verò mirum, quòd sub nova lege in ædibus sacris, ubi Corpus Christi conficitur, sumitur, asservaturque, & divina majestas sanctissimè colitur atque adoratur, talia habeantur: cùm sub lege veteri & candelabrum, & lucernæ, & perpetuus ignis, & aurea vasa, & diversa ornamenta in domo Dei posita fuerint.

Exod. 37
Levit. 6
Exod. 36
& 39.

14.
Assertio
Purgato-
rii.

Istud quoque, quod dicturi sumus, in historiis fide dignis adnotatum est. Cùm Stephanus Galliarum Princeps à Nerone evocatus venisset in Italiam, ac deinde rebus ritè gestis, & divinissimo Petro Apostolo Romæ salutato, jam reversus esset in Gallias, unus è militibus ejus Christianis, nomine Heribertus, Arcadii illustris viri filius, lavans se in flumine, subitò submersus atque exitinctus est. Qui die subsequenti à beato Martiale Apostolo, rogatu Stephani & Arcadii, revocatus ad vitam, testatus est palàm esse Purgatorium, in quo animæ fidelium, quorum peccata in hac vita plenè remissa atque deleta non fuerint, ad certum tempus detinentur. Id enim anima ejus à corpore separata certò didicerat. Atque eam ob rem postea sæculari militia relicta, sanctum Martialem secutus est. Plerique hæretici ævi nostri dicunt, Purgatorium nihil aliud esse quàm vanum hominum somnium atque commen-

Funda-
mentum
Purgato-
rii tam
ex Patri-
bus quàm

tum: at nos etiam ex divinis Scripturis eos confutare possumus, ostendereque quòd verè sit Purgatorium. Certè Christus asserens in Evangelio, verbum dictum in Spiritum sanctum non remitti, neque in hoc sæculo, neque in futuro: apertè indicat aliquas culpas remitti post hanc vitam in alio sæculo. Unde in ipsis sacris Litteris legimus, quòd *sancta & salubris sit cogitatio pro defunctis exorare, ut à peccatis solvantur.* Illæ autem animæ defunctorum, quæ adhuc aliquid remittendum vel purgandum habent, & pro quibus oramus, neque in cælo sunt, neque in inferno. Nam si in cælo essent, orationibus fidelium non indigerent; si verò essent in inferno, orationibus iuvare non possent. Quare omnino fateri cogimur, esse Purgatorium in quo retinentur. Etiam si expressis sacrarum Scripturarum verbis Purgatorium comprobari non posset; quia tamen Ecclesia (quæ veritatis columna est) credit esse Purgatorium, nos nihil de ea re dubitare debemus.

ex Dri-
turu.

Matt. 11

2 Mach. 12

Maximè
ex Ecclē-
siæ aucto-
ritate.

CAPUT III.

Ex scriptis S. Abdie & aliorum.

1. Abdias Missæ Sacrificium agnoscit, & sacrum velamen virginum Deo consecratarum.
2. Basilicas item in honorem Sanctorum Deo dedicatas & solemniter consecratas.
3. Mariam Virginem omnium primam vitam perpetuam virginitatis emisisse.
4. Ieiunium satisfactionis & penitentia causa conjunctum. Ieiunium naturale præmittendum Communioni.
5. Miracula ad Sanctorum sepulchra & memorias verè fieri solita.

6. Ven-

Facula
Heceti-
gotum.

6. Venerationem item, mirificamq; virtu-
tem Reliquiarum sacrarum, & apparitiones de-
functorum.

7. Essentiale primum beatitudinis conferri
animabus ante diem resurrectionis.

8. Tempa non ad solam verbi predicatio-
nem, sed ad officium etiam divinum, & Sacrifi-
cium, & Sanctorum cultum erecta fuisse, & ibi fe-
sta celebrata.

9. Pretiosissima reconditoria sanctorum Re-
liquiarum.

10. Abdias hic Christum vidit adhuc in
carne mortalem.

11. S. Andrea Apostoli præclarum testimo-
nium de Sacrificio quotidiano Altaris.

1.
Ex Ab-
dia Sacri-
ficium
Missæ &
velamen
virginum.

ABDIAS, Simonis & Judæ A-
postolorum discipulus, edi-
dit historiam Apostolicam, quam
Iulius Africanus vetustissimus
Scriptor Latinam fecit, atque in
decem libros digessit; asserens in
Præfatione, ipsum Abdiam vidisse
Salvatores nostrum **I**ESUM
Christum in carne. Hic igitur
Abdias septimo libro, ubi expli-
cuit, uti sanctus Matthæus Apo-
stolus velamen capiti beatæ Iphi-
geniæ virginis, compluriumque
aliarum virginum, imposuit, &
eas oratione ad Deum fusa conse-
cravit, statim præclaram Liturgiæ
Missæ (quam nunc infani fanatici-
que hæretici vehementer im-
pugnant & execrantur) mentio-
nem facit, dicens: *Cum respondi-
sent, Amen, & mysteria Domini ce-
lebrata ac Missam suscepisset om-
nis Ecclesia, retinuit se, ut juxta
altare, ubi Corpus ab eo fuerat Chri-
sti confectum, illic martyrium Apo-
stolicum exultaret. Itaque non mul-
to post expansis manibus orantem,
speculator, missus ab Hirtaco, à tergo
punctam unius gladii ictu feriens,
Apostolū Mariyem Christi effecit.*

Paulò infrà Abdias ita loqui-
tur: *Iphigenia sacratissima virgo
Christi, quidquid in auro & argen-
to ac gemmis habere potuerat, hoc
totum Sacerdotibus contulit, & omni
Clero, dicens: Postquam dignam
Apostolo Christi fabricaveritis Ec-
clesiam, quidquid superfuerit, pau-
peribus erogabitis. Et supra nar-
rat Abdias, ipsum Matthæum A-
postolū revocasse ad vitam mor-
tuum Regis Æglippi & Reginæ
Eupheniæ filium: propter quod
signum cum multa ei dona offer-
rentur, iussit ut illis divenditis,
templum Domino Deo ædifica-
retur; quod & factum est. Scribit
igitur Abdias hæc verba: *Ervo-
cavit nomen templi Matthæus, Re-
surrectio, quoniam per resurrectio-
nem occasio adificationis extiterat.
Sedit autem in Ecclesia illa Mat-
thæus annis viginti tribus, & consti-
tuit Presbyteros ac Diaconos, & per
civitates ordinavit Episcopos, &
multas construxit per loca diversa
Ecclesias. Item in fine libri sexti
loquens Abdias de Basilica quam
Xerxes Rex beatis Apostolis Si-
moni & Judæ statim post marty-
rium eorum exstruere cœperat,
ait: *Facta est huius fabrica adificatio
per annos tres continuos, & consum-
mata die natalis Apostolorum, &
die coronationis dedicata. Quinto
autem libro exponens, ut in E-
pheso Aristodemus, idolorum
Pontifex, maximis miraculis
permotus accesserit cum multis
aliis ad Ioannem Evangelistam,
atque ad pedes ejus prociderit,
loqui-***

2.
Ex eo-
dem Ec-
clesiæ
dedica-
tio in ho-
norem
Dei &
Sancto-
rum.

Facula
Hæreti-
corum.

loquitur in hunc modum: *Eos ille suscipiens, orationem cum gratiarum actione obtulit Deo, præcepitq; eis unius hebdomada ieiunium: quo expleto, baptizavit eos in Nomine Domini nostri IESU Christi, Patrisq; eius omnipotentis, & illuminatoris Spiritus sancti. Qui cum baptizati fuissent, fregerunt omnia simulacra, & fabricaverunt Basilicam in nomine sancti Joannis, in qua & ipse Joannes assumptus est. Discant hinc hæretici, templum Deo Sanctisque ejus ritè dedicari, & Ecclesiæ Apostolicæ id facienti insultare atque oblatrare definant.*

3.
Deipara
prima vo-
lit vir-
ginita-
tem, ut
asserit
Abdias.

Octavo ejusdem Abdiæ libro, Bartholomæus Apostolus instruens in fide Christiana Polymium Regem, dicit, Mariam virginem Deiparam votum virginittatis Deo obtulisse. Ita enim ibi loquitur: *Hec virgo (Maria) servanda virginittatis votum prima DEO omnipotenti vovit. Prima inter feminas hoc constituit in corde suo, ut diceret, Domine, offero tibi virginittatem meam; cum hoc à nullo homine nec verbo didicisset, nec exemplo ad imitationem invitata constituisset, ut virgo pro amore Dei specialiter permaneret. Hæretici hæc audientes, erubescant; qui castittatis & continentix votum improbè suggillant. Nam & Iphigenia, aliæque virgines quæ à beato Matthæo velamen acceperunt, & consecratæ sunt (ut suprâ dictum est) virginittatem suam Deo devoverant.*

Ceterum tertio Abdiæ libro narratur uti Andreas Apostolus, dum Corinthi esset, oraverit Deum ac jejunaverit pro conversione & salute cujusdam Nicolai senis, qui ad ultimam usque ætatem suam libidini & scortationibus deditus fuerat; ubi verba ista legimus: *Vox de caelo delapsa est, dicens: Obvines, Andrea, pro senè. Sed sicut tu ieiunus fatigatus es, ita & ipse studeat per ieiunium salvari. Et vocans eum, predicavit ei Apostolus abstinentiã. Et paulò post dicitur: Nicolaus rediit ad domum suam, & omnia quæ habebat distribuit indigentibus. Ipse quoq; multum se excruciat, ita ut per sex menses nihil aliud quàm aquam acciperet, & panis arido vesceretur. Igitur exacta digna penitentiã, haud ita multo post senex iste excessit è saculo. Hæc ibi. Itidem libro quinto habetur, quæ admodum Ioannes Apostolus juvenem quemdam, qui post susceptum Baptisma princeps latronum factus fuerat, perquisierit, & inventum ad salutarem cordis contritionem sanctasque lacrymas commoverit; atque ibi hæc verba sunt scripta: *Ad Ecclesiam eam revocavit, & indefinenter pro eo orationes profundens, & cum ipso pariter ducens crebra ieiunia, indulgentiam à Domino expetebat. Porro sexto libro ista de Jacobo Apostolo (qui frater Domini dictus est) recitantur: *Vinum & siceram non bibit, sed neque animal manducavit. Et infra additur: *Ja-*
cebat super genua sua, orans propo-
*pulo****

4.
Ieiunia
imposita
peniten-
tibus idè
tradit

Facula
Hæreti-
corum.

Iphigenia
necesse
præmi-
tendit
Ceterum
quintum

5.
Ad S.
Hære-
mem
seu fa-
ctura
mire-
la, &
deest

Picula
Hæreti-
corum.

sejunium
naturalis
pœnitentiam
Communio
vini.

5.
Ad San-
ctorum
memorias
seu sepul-
chra fieri
miracu-
la, idem
dicit.

puli indulgentia, ira orando callos faceret in genibus ad modum Cameli, semper genua flectendo, nec unquam ab oratione cessando. Et libro septimo Matthæus Apostolus coram Hirtaco Rege concionem habens, inter alia dicit: Diebus certis, sive Quadragesima, sive legitimorum ieiuniorum temporibus, ab esu carniū qui non abstinerit, crimen incurrit. Neq; verò manducare crimen est: sed incongruè manducare, peccatum est. Deniq; si aliquis prius cibum carnalem accipiat, & postea ipso die, quo jam cibo naturali refectus est, cibum spiritualem (videlicet sacram Eucharistiā) sumat, ex utroque cibo reus criminis & inhonestatis & presumptionis efficitur: non idè quia manducavit, sed quia contra ordinem, & contra iustitiam, & contra regulam DEI, cibo carnali prius refectus est. Hæc ibi. Quid ad hæc omnia dicent hæretici huius temporis, qui abstinentiam, sejunia, pœnitentiæ laborem, atque orationis studium parvipendentes, fidem nescio quam bonis operibus minimè exornatam sufficere asserunt, quique traditionibus Apostolicis, ac sanctis Ecclesiæ decretis superbè conculcatis, quovis tempore & quibuslibet diebus indiscriminatum carnibus vescuntur?

Libro quinto, postquam Abdias dixit Joannem Apostolum se se vivum in sepulchro deposuisse, iussitque ut operiretur à discipulis, addit hæc verba: Protinus manna exiens de sepulchro apparuit

cunctis, quam usq; hodie gignit locus iste: & sunt virtutes, per orationes ejus, frequentes. Hic ab omnibus infirmitatibus egroti liberantur, & periculis eximuntur, & precum suarum quisque consequitur effectum. Ex quibus verbis beati Abdias liquet, quàm delirent & insaniant hæretici, dicentes, Sanctos hac vita defunctos nihil posse, ob idque à fidelibus invocandos non esse. Rursum ipse Abdias in fine decimi libri, loquens de corpore beati Philippī Apostoli jam defuncti, ait: In civitate Hierapoli positum est sanctum corpus ejus: in cuius tumulo post aliquantos annos due sacra virgines filie ejus, dextrâ levâq; sepulta sunt. Ubi præstantur beneficia Dei, orante Apostolo, omnibus qui credunt, &c. Etiam hinc probamus Sanpost mortem suis orationibus nobis impetrare beneficia.

Idem Abdias in calce noni libri, postquam descripsit mortem beati Thomæ Apostoli, hæc verba de Mesdeo Rege subiicit: Cùm Mesdei filius correptus esset à demonio, nec quisquam, qui eum sanaret, posset inveniri, successit huiusmodi Mesdeo sententia, ut diceret: Vado & aperio sepulchrum, & tolens ossa de corpore Apostoli, suspendam filio meo, & curabitur. Ascendebat igitur secundum cogitationes suas Mesdeus ad montem: & revelavit ei se Thomas, dicens: In viventes non credidisti, & in mortuos credis? Sed ne timeas; miserebitur & tui Dominus Iesus, & exhibebit tibi

6.
Mirificas
virtutes
Reliquiarum
sanctorum
ex Ab-
dias.

G g g g visce-

Facula
Hæreti-
corum.

viscera misericordie sue, propter bonitatem suam. Verum ubi ascendit Mesdeus, reserato sepulchro, ossa invenire non potuit: quia jam priorem Reliquias sanctas quidam de fratribus rapuerant, & in urbe Edeffa sepelierant. Ea tamen quacunq; Rex in sepulchro reperit humi vel stercoreis, supra que jacuerant Reliquia Apostoli, auferens Mesdeus, & alligans filio suo, ait: Credo tibi Christe nunc, quia recessit a me ille qui hominum turbat affectus, ne ad te videndum summa properatione contendam. Itaq; ubi suspendit illa puero, statim sanatus est ex illa hora: & factum est gaudium magnum inter fratres super conversione Regis ad Regem celestem Christum Iesum Dominum nostrum. Notanda sunt quae hic dicuntur de sacris Sanctorum Reliquiis, quas hæretici nunc nihili pendunt, & nulla veneratione à fidelibus prosequendas esse garrunt. Notandum etiam, quod Apostolus jam defunctus apparuerit Mesdeo Regi: nam hæretici huius temporis non credunt fieri huiusmodi apparitiones defunctorum cum tamen Evangelium apertè asserat, Moysen apparuisse Apostolis quando Christus transfiguratus est.

Appari-
tio defun-
ctorum.

Matt. 17

7.

Beatis-
simo anima-
rum ante
diem iu-
dicii, te-
ste Ab-
dia.

Paulò suprà scribens Abdias, ut ipsè Thomas Apostolus fuerit sepulturae datus, ait: Eum cum lacrymis sepelierunt fratres in sepulchro Regio, in quo Reges priores sepulti sunt, pretiosis & plurimis amictum odoribus atque indumentis. Apparuit autem confestim

Siforo & Zazani, qui recusabant in urbem ire, & tota die ad sepulchrum sedebant: atque illis dixit: Quid sedetis custudentes me? Ascendi, & recepi omnia quae speravi. Hæc tibi. Si Thomas receperat ea, quae speraverat, utique in caelo erat, & Deum videbat, quod plerique hæretici huius temporis negant alicui sancto obtingere ante resurrectionis ac iudicii diem.

Libro septimo Abdias, enarratà nece beati Matthæi Apostoli, scribit, Presbyteros, Diaconos, & alios Clericos cum discipulis sancti Apostoli dixisse hæc verba: Celebremus omnes cum gaudio martyrium Apostoli. Unde liquet, ritè celebrari natalitia ac festa Sanctorum. Nos hic ponemus pauca quae Simeon Metaphrastes de beato Joanne Evangelista scribit. Postquam enim enarravit, uti ille dilectus Apostolus sese coram discipulis suis in sepulchrum effossum subtrato pallio demisit, ac spiritum DEO reddidit, statim subiungit: Hoc die, quo ista contigerunt, splendidus huic Theologo celebratur Ephesi conventus ex omni genere & etate, qui astrorum splendorem imitetur. Præterea in hoc sacro loco, ad quem hic cum pallio declinavit, minutus quidam pulvis manat exoritur, cuius accedenti medelam ab omni morbo suppeditans. Cum igitur in nocturnis laudibus festi ipsius, ab his qui in eo templo ministrant, tradatur cœteribus ad hoc congregatis, non exhauritur; sed quo amplius hauriunt, eo amplius manat.

8.
Festa San-
ctorum
agnoscit
Abdias,
& imm-
pla ad
Iacobi
creta.

9. Iean-
nibus an-
gelista se-
pulchro

Facula
Hæreticorum.
manat. Hæc ille. Notandum quòd dicit, in nocturnis laudibus festi ipsius: Neque enim templa ob hoc solum erecta sunt, ut in eis verbum Dei prædicetur, & Sacramenta percipiantur (quod dicunt hæretici) sed ob id potissimum, ut sanctum Missæ Sacrificium celebretur, & laudes Deo canantur, orationesque offerantur: quemadmodum ipse testatur dicens:

Matt. 22. *Domus mea, domus orationis vocabitur.*

9. In fine sexti libri Abdias ista verba de sacris Apostolorum Simonis & Judæ corporibus ac Reliquiis ponit: *Post tres menses misit Rex Xerxes nuntios in civitatem Sennayr, qui corpora sanctorum Apostolorum ad suam transferrent civitatem, in qua extruere cepit Basilicam. In medio autem sarcophagum, corpora sanctorum Apostolorum portantem, ex argento puro instituit, &c.* Hujusmodi pietatem laudandam nunc damnant stolidi hæretici. Beatus Cornelius Summus Pontifex & Martyr, corpora Apostolorum Petri & Pauli rogatu Lucinæ, nobilissimæ Deoque deditæ matronæ, levavit è terra, & in sacris congruisque locis honorificè posuit, ut ipse scripto testatus est. Simeon Mera-phrastes scribens de corporibus sanctorum Apostolorum Andreae Lucae, & Timothei, loquitur ita: *Iustinianus assumptis Imperii sceptris, hæc sacra Apostolorum corpora thecâ argenteâ concludens, circa altaro vehementi Dei amore re-*

ponit, nempe pretiosa in pretioso conditorio. Porro communi Apostolorum nomine, templum appellatur. Ad quòd sanè omnes qui conveniunt, sanctificationem participant, spirituali implentur gaudio. Hæc ibi. Ecclesia Catholica, ab Apostolis eorumque successoribus edocta, atque à Spiritu sancto illuminata, Sanctos qui jam regnant in cælis cum Christo, ei que perfectè uniti sunt, piè ac studiosè veneratur & invocatur, eosque cohonestat festis, laudibus, templis, imaginibus, cereis, lampadibus, & aliis quibus potest modis, atque eorum sacras Reliquias exosculatur, argentoque & auro exornat, sciens id Deo gratissimum esse. Nam honor Sanctis exhibitus, exhibetur proculdubio ei qui illos sanctificavit. Unde & Christus eis dicit: *Qui recipit vos, me recipit.* Item alio loco, quanti Sanctos faciat, ostendit his verbis: *Ubi sum ego, illic & minister meus erit.* Ac rursum: *Si quis mihi ministraverit, honorificabit eum Pater meus.* Ecclesia igitur cum Propheta Regio læta decantat: *Mihi nimis honorificati sunt amici tui, Deus; nimis confortatus est principatus eorum.*

Diximus supra, Julium Africanum affirmare, quòd Abdias viderit Christum: hoc ipsum expressum est etiam in sexto libro, Vitam Simonis & Judæ Apostolorum complectente, ibi enim habentur hæc verba: *Videntes, omnes infirmitates verbo curari, cæcos il-*

Gggg 2 lu-

Facula
Hæreti-
corum.

luminari, mortuos etiam suscitari in nomine Domini Jesu Christi, universi populi crediderunt, destruentes templa, & Ecclesias extruentes. Ordinavere autem Apostoli in civitate Babylonis Episcopum nomine Abdiam, qui cum ipsis venerat à Judæa, qui & ipse viderat oculis suis Dominum. Et repleta est civitas Ecclesiis. Hæc ibi. Quia verò nonnulla ex iis, quæ in historia Apostolica posita sunt, videntur desumpta ex Egesippo vel aliis, qui Abdia posteriores fuerunt: verisimile est, Julium Africanum non ex solo Abdia decem libros illius historiæ collegisse. Credimus tamen, majorem ejusdem historiæ partem ex scriptis Abdia (qui & ipse ex aliorum libellis pleraque mutuatus erat) depromptam esse. Sed etsi ea, quæ narrat Africanus, non fuissent prius scripta ab Abdia, ne sic quidem pavipendi deberent, cum idem Africanus sit auctor fide dignus, & pervetustus: nam vixit eo tempore quo florebat Origenes, ut Histocici Ecclesiastici referunt.

II.
S. Apосто-
li An-
drea ir-
refragabi-
le testi-
monium
de Sacri-
ficio Eu-
charisti-
æ.

Pium esse judicamus hinc ad-
jungere sanctissima aliquot verba,
quæ Presbyteri & Diaconi A-
chaicæ narrans Andream Aposto-
lum de Missæ Sacrificio & Eucha-
ristia (antequam ad supplicii lo-
cum duceretur) dixisse. Illi enim
ejus passionem, quam coram posi-
ti viderant, scipserunt. Cum igitur
Proconsul Ægeas beatissimo
Andreæ persuadere niteretur, ut
diis sacrificaret, respondit An-

dreas: Omnipotenti DEO, qui n-
nus & verus est, ego omni die sacri-
fico. Non thures fumum, nec tauro-
rum mugientium carnes, nec hirco-
rum sanguinem, sed immaculatum
Agnum quotidie in Altari crucis
sacrificio, cujus Carnes posteaquam
omnis populus credentium mandu-
caverit, & eius Sanguinem biberit,
Agnus qui sacrificatus est, integer
perseverat & vivus. Et cum verè sa-
crificatus sit, & verè Carnes eius
manducate sint à populo, & verè
Sanguis eius sit haustus, tamen (ut
dixi) integer permanet, & im-
maculatus & vivus. Hæc sancti
Andreæ verba prorsus disti-
pant omnes blasphemias, quibus
hæretici hujus tempestatis sacra-
mentum Eucharistiam divinumque Missæ
Sacrificium impetunt. Sanctus
item Marcellus Petri Apostoli di-
scipulus & Martyr Christi, descri-
bens vitam beatissimæ virginis
Petronillæ, ipsius Petri Aposto-
lorum Principis filia, quam Flac-
cus quidam Romanus Consul, ob
incredibilem ejus pulchritudi-
nem, cupiebat sibi uxorem ad-
jungere, sed illa mori potius, quàm
homini mortali nubere optabat,
hæc inter alia dicit: *Acceptorium
dierum spatio, virgo sancta ieiuniis
& orationibus occupabatur, habens
sanctam virginem Feliculam col-
lactaneam suam secum. Tertia ita-
que die veniens ad eam sanctus Ni-
comedes Presbyter, celebravit myste-
ria Christi (hoc est, Missam divi-
nissimam) Virgo autem sacratissi-
ma mox ut Corporis Christi Sacra-*

Et san-
cti Mar-
celli.

Facula
Hæreti-
corum. tum accepit, reclinans se in lectulo,
emissu spirituum.

CAPUT IV.

Ex scriptis S. Dionysii Areopagita,
& aliorum.

1. S. Dionysius describit caerimonias sacras
à beati Apostoli traditas;
2. Ritus item solennes Sacrificii altari, seu
Missæ;
3. Sacramenti etiam Confirmationis, &
Consecrationis altarium;
4. Item consecrationem Sacramentalem mi-
nistrorum Ecclesiasticorum;
5. Monachorum quoque benedictionem, &
per solennes ritus velut inter res sacras assumptionem;
6. Solemnes præterea sepultura ritus, cum
officio ac Sacrificio & oratione pro defunctis;
7. Baptismi etiam parvulorum traditio-
nem;
8. B. Dionysium vidisse Apostolos, & esse
illum ipsum, cuius meminit Lucas in Actu.
9. Eius martyrium in Gallis, veneratio &
miracule ad Reliquias ejus facta notantur.

DIONYSIUS Areopagita, Beati
Pauli Apostoli discipulus,
Martyrque inclytus, quem ipse
Paulus ad Christianam fidem cō-
vertit (uti Lucas in Actis Aposto-
lorum testatur) in libro de Eccle-
siastica Hierarchia ad Timotheum
scripto, luculentissime explicat
venerabilis ritus, qui ex Apосто-
lorum traditione illis temporibus
observabantur in Ecclesiasticis
ac sacris rebus. In cujus libri ini-
tio ita de Apostolis, primis duci-
bus Sacerdotalibus functionis,
scribit: *Primi illi Sacerdotalis
muneris duces, cum ex summa su-
per substantialiq; Deitate sancti mu-
neris plenitudinem percepissent, &
id ipsum deinceps proferre & propa-
gare à divina bonitate missi essent,
ipsiq; (ut qui transissent in Deum)*

posterios ad divina provehere affa-
rim cuperent, visibilibus signis cæle-
stia Sacramenta texerunt. Ac pau-
lò post: *Summa illa & supersub-
stantialia partim scriptis, partim
non scriptis institutionibus suis no-
bis tradiderunt. Et infra alloqui-
tur Timotheum his verbis: Emi-
nentissimam Pontificalis muneris
rationem nemini tradas, præterquã
aqualibus tuis Reverendissimis Præ-
sulibus, qui sacra tractant ac perfici-
unt. Hæc Dionysius. At hære-
tici nunc præcellentissimum mu-
nus Ordinem Sacerdotalem con-
temnunt atque conculcant. Qua-
propter ipsi quidem videntur esse
canes & porci illi, quos Christus
in Evangelio designavit, dicens:
*Notite dare sanctum canibus, neque
mittatis margaritas vestras ante
porcos, ne fortè conculcent eas pe-
dibus suis.**

Postquam Dionysius in eodem
libro pulcherrimè exposuit ritus
sanctissimi Baptismatis, tractat
de ritibus conficiendæ Euchari-
stia, id est, de ritibus illius cæle-
stis Sacrificii, in quo Sacerdos
juxta institutionem Christi pro-
ferens hæc verba, *Hoc est Corpus
meum, Hic est calix Sanguinis mei,*
&c. ipsam sacrosanctam & augu-
stissimam Eucharistiam conficit.
Loquitur ergo Dionysius in hunc
modum: *Opera pretium est illam
(videlicet Eucharistiam) expone-
re, & eius veluti corporalia linea-
menta describere: tum verò ubi eam
ex auctoritate Scripturæ Sacerdota-
liq; institutione didicerimus, ad il-*

Facula
 Hæretico-
 rum.
 Oratio
 ad alta-
 re,
 Thurifi-
 catio,
 Introitu
 ex Psal-
 mis,
 Epistola
 & Evan-
 gelium,
 Assisten-
 tia mini-
 strorum,
 Offeren-
 tium,
 Saluta-
 tionis &
 pacis pre-
 cationes,
 Ablutio,
 Canon
 Missæ &
 Consecra-
 tio,
 Eleva-
 tio,
 Commu-
 nio,
 Missa est.

lius contemplandam sacratissimam
 dignitatem divino spiritu subvehi.
 Et paucis interjectis addit: Itaque
 Pontifex quidem, ubi orationem
 sanctam supra divinum altare per-
 egit, ex ipso incensum adolere in-
 choans, omnem fani ambitum cir-
 cuit. Demum ad sanctum altare
 iterum rediens, Psalmorum incipit
 melos, concinentibus secum sacra
 carmina omnibus Ecclesiastici ordi-
 nis gradibus. Deinde ministrorum
 officio lectio sanctarum Scriptura-
 rum suo ordine recitatur. Porro mi-
 nistrorum alii quidem pro clausis
 templi foribus adstant, alii proprii
 aliquid muneris agunt. Qui vero
 ipsius ordinis precipui sunt, una cum
 Sacerdotibus sanctum panem & be-
 nedictionis calicem sacrosanctis al-
 taribus imponunt. Ad hoc veneran-
 dus Antistes orationem sanctissimam
 peragens, pacem sanctam omnibus
 nuntiat: & cum se murum omnes salu-
 taverint, mystica sanctorum recita-
 tio fit. Ubi vero manus tum Anti-
 stes, tum Sacerdotes aqua laverunt,
 Pontifex ad medium divini assistit
 altaris: circumstant autem soli cum
 Sacerdotibus electi quique ex mini-
 strorum numero. At vero Pontifex
 cum divina munera laude profecu-
 tus fuerit, sacrosancta & augustissi-
 ma Mystera conficit: & qua ante
 laudaverat venerandis operata &
 abdita signis, in conspectum agit, di-
 vinaque munera reverenter osten-
 dens, ad sacram illorum Communio-
 nem & ipse convertitur, & reliquos
 ut communicent hortatur. Sumpta
 demum atque omnibus tradita Com-

munionem gratias referens, sinem my-
 steris imponit. His verbis Dio-
 nyssi evidenter confutantur hære-
 tici temporis nostri, qui sanctissi-
 mum Missæ Sacrificium modis,
 quibus possunt, impugnant. Vi-
 demus certe ex hoc loco, quam
 magnificis præclarisque cærimo-
 niis ipsa Liturgia seu Missa olim
 peragebatur, & Eucharistia con-
 secrabatur ab Episcopo vel Sacer-
 dote; neque enim aliquis alius
 eam conficere potest. Nemo au-
 tem consecratur Episcopus, nisi sit
 Sacerdos: & nullus est Sacerdos
 (ut idem Dionysius ait) nisi ab
 Episcopo ad id muneris pinotus
 atque consecratus fuerit. Ipse Dio-
 nysius postea luculenter expri-
 mit, quid mysterio Eucharistico
 contineri credat, orans ita: O a-
 vinum penitus, sanctumque myste-
 rium, operimenta signorum tibi ob-
 ducta dignanter aperiens, nobis pa-
 lam atque aperte lucece, nostrisque
 spirituales oculos singulari claroque
 tua lucis fulgore imple.

Ubi jam in eodem libro Dio-
 nysius disseruit de ritu quo Epi-
 scopus sanctum Chrisma sive un-
 guentum conficiebat atque con-
 secrabat; continuo addit hæc ver-
 ba: Eo utitur ad omnem ferme Sa-
 cerdotalis officii functionem. Et in-
 fra: Sacrosanctum mysterium (Un-
 guenti) quod nunc laudatur a no-
 bis, ejus ordinis atque virtutis est,
 ut Sacerdotalia cuncta perficiat.
 Atque ideo sancti præceptores nostri
 (Apostoli) stud quasi aequali ordi-
 ne atque officio continere sacro Sy-

naxeos

Cap. 11

3.

Ad hoc
 Confirmacione
 tionem
 cramentum, seu
 Chrisma-
 tu ad con-
 ferendum
 Spiritum
 sanctum
 Cap. 41

Facula naxeos (sive Eucharistia) mysterio. ^{Facula} ^{Hæreticorum.} Ac postea: *Ei, qui sacratissimo regenerationis (id est Baptismi) mysterio consecratur, consummans, unguenti inunctio adventum Spiritus sancti largitur. Et pauld post: Hoc item sacratius adverte, quod sanctissimorum mysteriorum lex divini altaris consecrationem castissimis infusionibus sacratissimi Unguenti perficit. Hæcibi. Hæretici verò temporis nostri sacrū hoc Chrismata rejiciunt, altarium ac Bablicarum consecrationi illudunt, omniaque in Ecclesia Dei sceleratissimè profanant. Certè in veteri* ^{Consecratio altarium per sacri olei inunctionem.} ^{Exod. 30} *Legem nos hæc verba legimus: Locutus est Dominus ad Moysen, dicens: Sume tibi aromata, prima myrrha & electa quingentos siclos, & cinnamomi medium, id est, ducentos quinquaginta, casse autem quingentos siclos, in pondere sanctuarii, olei de olivetis mensuram hin: faciesq; unctiois oleum sanctum, unguentum compositum opere Unguentarii, & unges ex eo tabernaculum testimonii, & arcam testamenti, mensamq; cum vasis suis, candelabrum & utensilia eius, altaria thymiamatis & holocausti, & universam supellectilem, que ad cultum eorum pertinet. Sanctificabisq; omnia, & erunt sancta sanctorum: qui tetigerit ea, sanctificabitur. Aaron & filios eius unges, sanctificabisq; eos, ut sacerdotio fungantur ministri, &c. Item alio loco: Tulit Moyses unctiois oleum, quo linxit tabernaculum cum omni supellectili sua. Cumq; sanctificans aspersis-*

set altare septe invicibus, unxit illud, & omnia vasa eius, labrumq; cum basi sua sanctificavit oleo. Quod fundens super caput Aaron, unxit eum, & consecravit, &c. Beatus Fabianus, decimus nonus Pontifex Romanus ac Martyr venerandus, in secunda Epistola sua quam scripsit ad omnes Episcopos Orientales, ita de Chrismate loquitur: Dominus IESUS, postquam cœnavit cum discipulis suis, & lavit pedes eorum (sicut à sanctis Apostolis prædecessores nostri acceperunt, nobisq; reliquerunt) Chrismata conficere docuit. Ipsa enim lavatio pedum nostrum sanctificat Baptismum, quando sancti Chrismatis unctioe perficitur & confirmatur, &c. ^{Fabiani de sacro Chrismate Jensen 116.} ^{Ioan. 13.}

Postea in illo ipso libro Dionysius describens ritus, qui juxta Apostolorum doctrinam servabantur in consecratione Pontificum sive Episcoporum, & Sacerdotum atque ministrorum, ait: *Præsul, ubi sacrandus offertur, utroque genu posito ante altare, habet supra caput Evangelia à Deo tradita, manumq; Pontificis: atq; hoc modo à consecrante Pontifice castissimis imprecationibus consummatur. Sacerdos verò coram sancto altari ponens utrumque genu, incipit habet Pontificis dexteram: & in hunc modum à sacrande Præsule, sanctissimis invocationibus cōsecratur. At verò *minister aliter tantum coram sanctis Altaribus posito genu, sacrandis se Pontificis dexteram in capite præfert, atq; ab eo perficitur* ^{4. Ordinaris sacrorum ministrorum altaris, ex S. Dionysio. Cap. 5.} ^{* Diaconus Græcè, minister Latine dicitur.} *preca-*

Facula
Hæreti-
corum,
citur;
sub quo
est Hy-
podia-
nus, aut
Subdia-
conus,
ac si di-
cas sub-
mini-
ster.

precationibus ad eam rem accom-
modatis. Cuilibet autem ipsorum à
benedicente Pontifice, signum Cru-
cis imprimitur, &c. Heu! quantâ
dementiâ nunc depravati sunt
hæretici, qui sacrum Ordinem in
Ecclesia Dei evertere nituntur, &
profano ore dicunt, nihil esse di-
scriminis inter eos qui sacris ini-
tiati sunt, & laicos. Beatus Pau-
lus Apostolus scribens ipsi Timo-
theo Episcopo, cui Dionysius li-
brum suum de Ecclesiastica hie-
rarchia dedicavit, hæc verba de
consecratione jamjam comme-
morata ac manus impositione di-
cit: *Manuscito nemini imposueris.*
Si serîo considerarent hæretici,
quàm solemnes cærimonias Deus
etiam sub veteri Lege (quæ um-
bram figuræque exhibebat) ob-
servari voluerit in consecratione
Aaron Sacerdotis, & filiorum e-
jus ac Levitarum; non irrisderent
consecrationem Sacerdotum no-
væ Evangelicæque Legis, qui
adorandam Eucharistiam confi-
ciunt & tractant, sacrasque fun-
ctiones obeunt; non insultarent
consecrationi ministrorum Ec-
clesiæ sanctæ, sed eam laudarent
atque honore prosequerentur.

5.
Monachi
tempori-
bus Apo-
stolorum
consecra-
bantur,
ut ex S.
Dionysio
discitur.
Cap. 6.
Divi

De ritibus quibus Monachus
consecratur, ipse sacer Diony-
sius in eodem Hierarchiæ Eccle-
siasticæ libro ita inter alia loqui-
tur: *Sacerdos ad eum accedens, in-
terrogat primum an renuniet divi-
sibilibus * omnibus; deinde expo-
nit illi perfectissimam vitam. Ubi
verò ille omnia intente promiserit,*

consignans eum Crucis signo, Sacer-
dos condet, irinas divina Beatiudi-
nis personas inclamans, exutumq;
veste omni, aliam induit; & cum
sanctis aliis qui adstant viris ipsum
salutans, divinorum mysteriorum
participem facit. Et paulò supra
de ipsis Monachis sic scribit idem
Dionysius: *Sancti præceptores no-
stri (scilicet Apostoli) divinis eos
appellationibus sunt persecuti, par-
tim Therapeutas (id est cultores)
à sincero Dei famulatu atque cultu,
partim Monachos, ab individua &
singulari vita appellantes.* Ex his
Dionysii verbis liquet, Monacha-
tum non esse novitium institu-
tum, ut modò garrunt hæretici.
Quin etiam sub veteri Lege fue-
runt Nazaræi, qui se voto emisso
consecrabant Deo, ut in libro Nu-
merorum habetur, Qui vult ple-
nius cognoscere conversationem
& mores virorum ac feminarum,
qui in primitiva Ecclesia sese mo-
nasticæ vitæ addicebant, legat li-
brum Philonis (is etiam tempore
Apostolorum vixit) de Vita con-
templatiæ, sive de Supplicibus;
ex quo nonnulla depromserunt,
atque in suis historiis posuerunt
Eusebius Cæsariensis, & Nice-
phorus Callistus.

6.
Sepul-
ra fidelium
eum Sa-
crificio,
psalmo-
dia & o-
ratione
pro ani-
mabus si-
delium
marius

Porro de cærimoniis, & riti-
bus, quibus exequiæ fidelis de-
functi celebrabantur, Dionysius
in prædicto Hierarchiæ Ecclesia-
sticæ libro loquitur hunc in mo-
dum: *Sumentes defunctum ad Pon-
tificem ducunt, quasi coronis donan-
dum sacris. Hunc ille libenter sus-
cipit.*

Num. 6.

Mona-
chos Phi-
lo agna-
vit.

Pacula
Hæreti-
corum.
rum, 3.
Dionysio
ante fuit
Cap. 7.

capit, atq; peragit quæ divino insti-
tuto sunt super eos qui sanctè quie-
sunt. Coacto sancto cœtu veneran-
dus Antistes, (siquidem Sacerdota-
lis ordinis fuerat qui obdormivit)
ante sanctum altare inclinans eum,
orationem ad Deum inchoat & gra-
tiarum actionem: si autem honestis-
simis Monachis aut sancte plebi in-
sertus erat, ipsum ad venerandum
sacrarium ante Sacerdotum reclina-
nat ingressum; deinde precem cum
gratiarum actione peragit Presul.
Deinceps verò ministri verissima de
nostræ resurrectione promissa, quæ di-
vinis inserta sunt eloquiis, recitan-
tes, consentanea tantundemq; va-
lencia canunt Psalmodum cantica.
Postea accedens venerabilis Presul,
precem super defuncto sacratissimã
peragit; & post orationem ipse quo-
que Pontifex defunctum salutat, &
post illũ qui adstant omnes. Vbi verò
cuncti consalutauerunt, super defun-
cto fundit oleum Pontifex: & oratio-
ne pro omnibus (defunctis) facta,
honesto in loco ponit corpus cum æ-
qualibus aliis corporibus sanctis. Et
postea addit idem Dionysius: Pre-
catur oratio illa (Pontificis) divi-
nam clementiam, ut cuncta dimit-
tat per infirmitatem humanam ad-
missa peccata defuncto, eumq; in lu-
ce statuat & regione vivorum, in si-
nibus Abrahæ, Isaac & Jacob, in
loco unde aufugit dolor & tristitia
& gemitus. Itemque infra, Qua-
nam, inquit, de huiusmodi prece,
quam super defuncto peragit Pre-
sul, ex divinis ducibus nostris (vi-
delicet Apostolis) traditio perve-

nit ad nos, operæ pretium est ut dica-
mus, &c. Quid ad ista Dionysij
verba respondebunt seducti & se-
ductores hæretici, qui passim cla-
mitant non esse orandum pro fi-
delibus defunctis?

In fine eiusdem libri Dionysius
dicit, pueros & infantes admitti
ad Baptismum ex Apostolorum
traditione. Sed modò quidam
vecordes homines asserere audent
quòd pueri non debeant bap-
tizari, quodq; consuetudo eos bap-
tizandi primùm cœperit tempo-
re Nicolai Papæ huius nominis
Primi. Quòd si hæretici ætatis
nostræ, deposita superbiam, se-
rio legerent ea quæ toto libro
de Hierarchiâ Ecclesiasticâ scribit
Dionysius; proculdubio abijce-
rent hæresim, & idem cum Ec-
clesiâ Catholicâ sentirent. Ibi
discerent, non solum illa esse ve-
neratione digna, in Canonicis
expressa sunt libris; sed etiam il-
la, quæ ex Apostolorum sancto-
rumque Patrum traditione no-
bis sine scripto commendata
sunt.

Verum ne quis imperitus putet,
præclarum hunc virum non vi-
disse Apostolos, & non esse il-
lum Dionysium, cuius men-
tionem Lucas in Actis Apostolo-
rum facit, adhuc vnum ex mo-
numentis ipsius proferemus testi-
monium, quo convincemus eum
non solum vidisse Apostolos, sed
etiam interfuisse sanctæ obdor-
mitioni beatissimæ Deiparæ vir-
ginis Mariæ. Nam in libro de

7.
Traditio
de Bap-
tismo par-
vulorum
ex Dionysio.
Cap. 79

8.
Dionysius
hic
est Arcopagita
ille, de
quo in Actibus
Apostolorum
Cap. 179

H h h h

Di-

Facula
Hæreti-
corum.

Diuinis nominibus, alloquens
sanctum Timotheum cui scribit,
hæc dicit: *Apud ipsos diuino spiri-*

cap. 3. *tu plenos Pontifices nostros (Apolto-*
los) cum & nos, ut nosti, & pleriq;
ex sanctis fratribus nostris ad con-
ueniendum corpus illud, quod Aucto-

*B. Vir-
go Ma-
ria cor-
pore
Christi in
suo ma-
terno
velut in
hospi-
tio ex-
cepit.
Vindices
& asser-
tores Ope-
rum Dio-
nyssiacorum.

*rem vite Deumq; * ceperat, conue-*
nissimus (aderat autem & frater
Domini Jacobus, & Petrus supre-
mmum decus antiquissimumq; Theo-
logorum columen) post contuitum
placuit ut, &c. Ipse idem Dio-
nysius edidit aliquot Epistolas
insignes, inter quas vna scripta
est ad S. Ioannem Apostolum &
Euangelistam. Si quispiam de his
ambigit, legat Georgium Pachy-
meram, & Maximum Monachum,
eximios vetustosq; ejusdem Dio-
nyssij commentatores: legat etiam
encomium quod Michaël Syngel-
lus Presbyter Jerosolymitanus in
ipsam Areopagitam edidit: legat
item Nicephorum Callistum se-
cundo libro Historiæ Ecclesiasti-
cæ: videat & quid Suidas in suis
Collectaneis de hoc Dionysio &
ejus lucubrationibus, ac phrasi
eminentissimâ, styloque singula-

Stylus e-
jus maje-
state ple-
nissimus.

ri scribat. Qui quidem stylus ple-
nus admirandæ majestatis in om-
nibus illius libris atque epistolis
idem est, & ubique clarissimè o-
stendit, quàm auctor sit diuinus.
In epistola ad Polycarpum dicit
se cum Apollophane in Ægypto
apud Heliopolim fuisse, quando
tempore passionis Dominicæ Sol

Vidi et
gloriam so-
nysium Areopagitam in suis scri-

ptis Origenes, Athanasius, Aga-
tho Summus Pontifex, & alii Pa-
tres antiqui. Nonnulli parum
cordati parumque Catholici Scri-
ptores, quibus traditiones Apo-
stolicæ & sancta ecclesia Dei in-
stituta ac cærimonie displice-
bant, temerè & impudenter asse-
runt, istum * Dionysium non esse
auctorem eorum librorum, quos tã
Græci quàm Latini Patres Ortho-
doxi semper illi absque aliqua
dubitatione attribuerunt: sed ad
hujusmodi hominum vanissimas
objectiones atque calumnias jam
abundè respòdit Godefridus Til-
mannus Carthusianus, vir egre-
giè doctus, in Præfatione quam
præfixit Paraphrasi Georgij Pa-
chymæ, in decem epistolas ip-
sius Areopagytæ, à se Latio do-
natæ.

Passionem ejusdè Dionysii Græ-
cè conscriptam, Joachimus Perio-
nius Latinè reddidit. In qua ubi
narratum est, uti ipse Dionysius
in Gallias à beato Clemente Sum-
mo Pontifice missus, tandem pro
fide Christiana glorioso martyrio
mortem devicerit, & ut Catulla
nobilis femina Rustici & Eleu-
therii sociorum Dionysii sacra
corpora capitibus truncata astute
surriperit, ne in flumen ab im-

† Post Blossium satis superque emer-
serunt illustres sanè vindices Operum san-
cti Dionysii, atque adeo rerum ad ejus vi-
tam, mortem & sacras Reliquias spectanti-
um; quos si Lector videre desiderat, inueniet in
Disputatione Apologetica, quam Operibus
S. Dionysii à se editis & illustratis præfi-
xit R. P. Petrus Lanfelius.

piis

Facula
Hæreti-
corum.

piis deficerentur, hæc verba adiuncta sunt: *Eam* (scilicet *Catullam*) credimus beatorum Martyrum ossa servasse prudenti consilio, ut qua ess digna fuerit, atque illorum precibus verè in fide progressus fecerit. Christianorum autem multitudine, qua erat quasi civitas, doctrinâ beatorum Martyrum conversâ, omni operâ & studio, ut poterat, cum precibus magnâq; cupiditate supra beata corpora sanctorum Martyrum templum edificavit. Et paulò post miracula, quæ in eo loco per sanctos Martyres eduntur, expressa sunt his verbis: *Aegrotis salutem, claudis incessum, cæcis lumen, surdis auditum, & mutis sermonem. Martyres dantes, immundosq; spiritus qui in corporibus insident exagitant, assiduè remedia afferunt. Nos quoque, etsi deserti & indigni, faciamus ut in illorum meritis sit nobis auxilium & presidium constitutum.* Hæc ibi. Mirum sanè est, hæreticos huius temporis ista de Sanctis legentes non pudeferi: nam & hinc cognoscere possunt, quàm stultè atque impiè asserant ipsos Sanctos post mortem nihil posse, eosque à fidelibus non esse invocandos aut honorandos.

CAPUT V.

Ex scriptis S. Ignatii & aliorum.

1. S. Ignatius clarissimè verbis docet varietatem sacrorum Ordinum in Ecclesia, & Sacrificium quotidianum altaris;
2. Obedientiam præstandam Episcopis, etiam ab ipsis Regibus & Imperatoribus;
3. Observationem dierum Festorum, & jejuniis Quadragesimalis;

4. Traditiones Apostolicas & Ecclesiasticas;
5. Auctor fuit cantus Ecclesiastici, qui æternam per choros celebratur in Ecclesia.
6. Testimonium S. Polycarpi de Epistola S. Ignatii.
7. Martyrium & veneratio Reliquiarum S. Ignatii.
8. Item S. Polycarpi.

FERVENS ille & verè ignitus Martyr Dei Ignatius, sancti Joannis Apostoli discipulus, qui post Evodium Ecclesiam Antiochenam rexit (Evodius enim à beato Petro Apostolo, Romam contendente, Episcopus ibi constitutus fuerat) in epistola sua ad ad Ephesios ita loquitur de obedientia Præpositis Ecclesia præstanda, & de cælesti pane Eucharistiæ: *Præcunte ac deducente vos Paraclero, obedite Episcopo atque Presbyterorum cœtui indivulso animo, unum panem frangentes, quod est medicamentum immortalitatis, antidotum ne moriamini, sed vivatis in Deo per IESUM Christum.* Item in Epistola scripta ad Romanos, ait: *Non mihi placet cibus corruptionis, neq; voluptates vite huius. Panem Dei volo, panem celestem, panem vite, quod est caro Christi Filii Dei, qui natus est tandem de semine David & Abrahæ.* Et in Epistola ad Philadelphenses, *Una, inquit, fide, una prædicatione, & una Eucharistia utamini.* Ac paulò post: *Unus ingenuus DEUS & Pater: & unus unigenitus Filius, Deus Verbum & homo, & unus Paracletus, Spiritus veritatis: una quoque prædicatio, & fides una, & Baptisma unum, & una Ecclesia,*
Hhhh 2 quam

I.
S. Ignatius
Joannis
Evodii
Antiocheni
Episcopi
discipuli
auditor.

Ejus clarissima
confessio
de varietate
Sanctorum
Ordinum,
& sacrificio
altaris.

Facula
Hæreti-
corum.

quam fundaverunt sancti Apostoli ab extremis mundi ad extrema in Sanguine Christi, sudoribus ac laboribus propriis. In epistola quoque quam ad Smyrnenles milit, meminit Sacrificii Eucharistici sive Missæ, his verbis: *Non licet sine Episcopo neque baptizare, neque offerre, neque Sacrificium immolare.* Et paulò infra, postquam dixit episcopum Principem Sacerdotum, Dei quidem per principatum, Christi verò per Sacerdotium imaginem ferre, subiungit: *Nihil in Ecclesia majus Episcopo sacra Deo faciente pro totius mundi salute: neque Regi compar est quis in Principibus, pacem & equitatem subditis procuranti. Qui honorat Episcopum, à Deo honorabitur; ut itidem qui inhonorat eum, à Deo punietur. Si enim qui contra Reges insurgit, punitione meritiò dignus erit, utpote qui tranquillitatem & pacem communem dissolat; quanto gravius supplicium meretur, qui sine Episcopo quidquam facere tentat, concordiam distrahit, & bonum ordinem confundit? Sacerdotium enim est omnium honorum in hominibus summa, in quod qui deservierit, non hominem inhonorat, sed Deum & Christum Jesum.* Hæc ibi. Constat igitur, hæreticos spiritu profus satanico agi, qui & in eucharistiam, & in Sacrificium, & in Episcopatum, & in Sacerdotium novæ Legis blasphemias congerunt, aliamque fidem tenent ac docent, quam tenet Ecclesia Catholica. De Episcopo qui pro salute aliorum sacrificare debet, e-

tiam Apostolus loquitur, dicens: *Omnis Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in us que sunt ad Deum, ut offerat dona, & sacrificia pro peccatis.* Ac rursum: *Omnis Pontifex ad offerendum munera & hostias constituitur.*

Ipse idem Ignatius in epistola quam scripsit ad Ephesios, adhuc de Episcopo, Sacerdotibus, & Diaconis verba facit, hoc modo: *Studete dilectissimi, esse subiecti Episcopo, & Presbyteris, & Diaconis: qui enim his subditus est, Christo, qui eos largitus est, obedit: qui autem non obedit eis, non obedit Christo JESU. Qui non obedit Filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum: temerarius enim & contumiosus est superbus, qui non obedit superioribus.* Notent & ista hæretici hujus tempestatis, qui Episcopos ac Sacerdotes superbissimè despiciunt. Rursum in Epistola ad Philadelphenses ait Ignatius: *Principes obedite Cesari, milites Principibus, Diaconi Presbyteris factorum præfectis: Presbyteri, Diaconi, & reliquis Clerus, unà cum omni populo, & militibus, & Principibus, & Cesare, Episcopo: Episcopus Christo, sicut Christus Patri.* Ecce quàm apertè hic ostendit Ignatius diversos in ordine Ecclesiastico esse gradus, dignitate & potestate distinctos, quod hæretici impudenter negant. In Epistola quoque Heronii Diacono scripta, pulchrè declarat, *Diaconum non eadem pos-*

se

2.
Episcopi
obedire
debent
omnes,
etiam ipse
Reges &
Impera-
tores, ut
docet S.
Ignatius.
Luc. 10.
Ioan. 3.

Facula
Hæretico-
orum.

se quæ possunt Episcopi ac Sacerdotes, scribens ita: *Nihil sine Episcopis agas, Sacerdotes enim sunt, tu verò minister Sacerdotum. Illi baptizant, Sacra faciunt, ordinant, manus imponunt: tu verò eis ministras, ut Ierosolymis S. Stephanus Jacobo & Presbyteris.* Ipsos gradus Ecclesiasticos, qui infra Episcopum sunt, enumerat in fine Epistolæ ad Antiochenos datæ, his verbis: *Saluto sanctum Presbyterorum cœtum: saluto sacros Diaconos: saluto Subdiaconos, Lectores, Cantores, Ostiarios, Laborantes, Exorcistas, Confessores.* Ibi etiam addit Ignatius hanc salutationem: *Saluto custodes sanctarum portarum: Diaconissas: saluto Christi susceptrices virgines, quibus fruaria Domine; saluto populum Dei à minimo usque ad maximum.*

Enumeratio
Ordines
Sacramen-
talis.

Diaconi
nisi in
temore
Moria-
li.

3.
Pastorum
dierum
observan-
tia &
jejunium
in Quin-
dragesi-
ma Heb-
domada
Passionis,
& alia
quosdam
idem.
Matt. 4.
Can. 69.

In Epistola verò quam scripsit ad Philippenses, ait: *Dies festos ne inhonoretis. Quadragesimam ne pro nihilo habeatis: imitationem enim continet Domini conversationis. Hebdomadam post diem passionis ne desiciatis: quartam & sextam Feria ieiunare.* Libet hic adicere unum Canonem Apostolorum omnino convenientem cum prædictis verbis B. Ignatii, sic enim habet: *Si quis Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, aut Lector, aut Cantor, sacram Quadragesimam Paschæ, vel quartam Feriam aut Parasceven non ieiunaverit, deponatur, nisi corporis imbecillitate impediatur: si laicus sit, Communione privatur. Utinam hæc aure*

cordis attentè exciperent superbi atque inobedientes hæretici, qui neque dies festos, neque sanctam Quadragesimam, neque alia Ecclesiæ jejunia servare volunt, sed ea omnia contemnunt. Si (ut ipsi somniant) nullum festum, præter diem Dominicam, tunc fuisset receptum, non diceret Ignatius, *Dies festos ne inhonoretis*: sed diceret, *Diem Dominicam ne inhonoretis.* Proculdubio dies Nativitatis Christi, & Epiphaniæ, aliaque festa tunc celebrabantur. Quod autem Apostoli & Ignatius scribunt de jejunio quartæ ac sextæ Feriæ, nunc ecclesia non observat. Ipsa enim pro temporum causarumque conditione iustissime nonnunquam relaxat aut variat ea decreta quæ ad consuetudines ritulque externos spectant, sed fidem nunquam immutat. Porro jejunium Quadragesimæ nonnulli magnæ auctoritatis Patres dicunt fuisse à Christo institutum. Certè Ignatius ostendit illud debere à Christianis servari ad exemplum Christi, quod servandum Apostoli præceperunt.

Idem Ignatius in Epistola quam misit ad Magnesianos, scribit ita de dogmatibus sive traditionibus Apostolicis: *Date operam, ut in Christi Domini & Apostolorum dogmatibus confirmemini.* Et in Epistola ad Philadelphenses, ait: *Audi vi quosdam dicentes, Nisi in archivis Evangelii invenero, non credam. Talibus autem ego dico, quod mihi archiva Iesus Christus est, cui*

4.
Traditio
num Apo-
stolicarum
& Eccle-
siasticarum
cum cu-
stodia, ex
eodem.

H h h 3

nno

Pacula
Hæreti-
corum.
Aq. 9.

Cap. 19.

Euseb. l.
2. c. 39.
Encomiu
S. Ignatii.

2. Theff.
2.

Iterum
de tradi-
tionibus
ex Papiæ.

Niceph.
l. 3. c. 20.
Euseb. l.
8. c. 39.

non obedire, manifesta pernicies est. Durum contra stimulum calcitrare, durum Christo diffidere, durum abrogare predicationem Apostolorum. In Epistola quoque ad suos Antiochenos datâ, Adhortor, inquit, vos, attendere doctrinâ Apostolorum, & legi Prophetisq; credere. Nicephorus etiam Callistus tertio libro Historiæ suæ, secutus pænè de verbo ad verbum Eusebium Cæsariensem, loquitur de beato Ignatio hunc in modum: Ab omnibus celebratus Ignatius, Romam ut ibi leonibus esca objiceretur, si fidem Christi non objuraret, missus est: & Asiam cum firmâ militum custodiâ vincibus peragrans, Ecclesiisq; oppidatim adiens, sermonibus familiaribus & cohortationibus confirmabat. Et quoniam tunc primum hæreses paulatim liberius se proferre auderent, admonerat ut sibi ab eis caverent, doctrinâq; Apostolicarum traditionum constanter insisterent. Hæc Nicephorus. Idem

monet Paulus Apostolus, dum ait: Fratres, state, & tenete traditiones, quas didicistis, sive per sermonem, sive per epistolam nostram. Itaque fideles omnes non solum ea quæ in divinis Litteris sunt expressa, verum etiam illa quæ nobis sermone fuerunt tradita, diligenter observare debent. Unde & Papias Hierapolitanus, quem Irenæus dicit Joannis Apostoli auditorem fuisse, in Proœmio librorum quibus verba Dominica explanavit, ita (teste Nicephoro) loquitur: Non gravabor, quæ-

cunque à Presbyteris rectè didici, & rectè meminî, exponere. Minimè enim iis sum delectatus qui multa dicerent, sed qui vera docerent: neq; qui aliena, sed qui à Domino, & ab eis quibus cum ipsa veritate consuetudo fuit, tradita de fide præcepta commemorent. Quòd si aliquando aliquis Presbyterorum sectator adveniret, eorum ipsorum requirebam sermones, quid scilicet Andreas, quid Petrus dixisset; quid Thomas, aut Philippus, aut Simon, aut Jacobus, aut quid Joannes, aut Mattheus, aut quid alius quispiam Domini discipulorum; aut quid etiam Aristion, & Joannes Presbyter, & ipsi discipuli Domini dicant. Non enim tantum me libris adjuvari, quantum vivâ & presenti voce, arrurratus sum. Hic certè Papias affirmat, se diligenter requisisse ea quæ sine scripto ab Apostolis & discipulis Domini dicta traditaque fuerant: at plerique hæretici modò talia contemnunt atque repudiant.

Rursum Nicephorus decimo tertio Historiæ Ecclesiasticæ libro meminit beati Ignatii, scribens ita: Morem antiphonarum carminum Ecclesia antiquitus iam inde ab Apostolis accepit. Divinum namq; Ignatium, qui cum Apostolis plurimo tempore vixit, cum per extasim animi consternatus esset, visionem novam vidisse ferunt, sanctos scilicet Angelos alternis & sibi invicem respondentibus carminibus sanctam Trinitatem hymnis & laudibus vehentes. Et ipse primus hanc

5.
Aut
cantur
Ecclesia
stici Ig-
natiu.

Facula
Hæreticorum.

concinendi formam Antiochenorum Ecclesia dedit. Unde quasi à fonte in alias Ecclesias Dei omnes, eiusmodi consuetudo propagata est. Id ipsum ante Nicephorum scripsit Socrates Constantinopolitanus. Itaq; cantus, quem nunc suggillant hæretici, & antiquus est, & Deo acceptus.

6.
Epistole
s. Ignatii
& Polycarpi
habent testimonium.

Sanctus Polycarpus Smyrnen-
sis Episcopus & Martyr insuperabilis, (qui & ipse una cum Ignatio fuit discipulus beati Joannis Evangelistæ) scribens ad Philippenses, ita de Epistolis eiusdem Ignatii loquitur: *Epistolas Ignatii ab eo ad nos missas, & alias item quas nobiscum habuimus, ita ut iussistis ad vos misimus. Quæ quidem litteris hisce nostris sunt adiunctæ, quibus multum adiuvari poteritis: complectuntur enim fidem, & patientiam, & adificationem qua ad Christum Dominum nostrum refertur.*

Hæc verba quibus Polycarpus approbat & laudat Epistolas Ignatii, Nicephorus atque Eusebius referunt in suis Historiis. Et Irenæus tertio libro suo Adversus hæreses multum commendat illam Epistolam quam Polycarpus ad Philippenses scripsit.

Cap. 3.

7.
s. Ignatii
passio
& Reliquiarum
veneratio.
Cap. 19.

De martyrio & sacris Reliquiis ipsius Ignatii, Nicephorus tertio Historiæ suæ libro ita scribit: *Cum Roma varia tormenta pertulisset Ignatius, neque quidquam de constanti decentiq; suâ sententiâ remississet, postremo in medio theatro duobus leonibus obiectus, martyrio est defunctus. Et carnes quidem eius*

atque ossa teneriora bestia devoraverunt: quæcumque autem firmiora reliqua fuere, multo deinceps tempore Roma Antiochiam sunt perlata. Item libro decimoquarto loquens Nicephorus de Theodosio Augusto, ait: *Reliquias Ignatii cum magnifico apparatu Antiochiam reduxit, & in eo loco, quod Cæmeterium vocatur, veneratione magnâ reposuit, & templum ingens, demonibus olim dicatum, in sacrosanctum fanum mutatum, divino Martyri consecravit: ubi etiam quolibet anno publicè & magnificè festus dies est actus.* Hæc Nicephorus.

Cap. 44

8.

Ecclesia verò Smyrnenfis, quæ rexerat beatus Polycarpus, scripsit Epistolam ad Ecclesias Pontice martyrio eiusdem Polycarpi, sicuti Eusebius & Nicephorus testantur. In quâ quidem epistola hæc verba inter alia adnotata sunt: *Martyres tanquam discipulos Domini diligimus & veneramur. Et paulò post de sanctis Reliquiis ipsius Polycarpi, qui igne martyrium compleverat, eadem epistola loquitur ita: Nos ambusta ossa pretiosissimis gemmis chariora, & omni auro probatiora per ignem facta collegimus, ac (sicut conveniebat) ex more condidimus. Quo in loco etiam nunc, præstante Domino, solemnes agimus celebresq; conventus, maximè in die passionis eius.* Hæc ibi. Audiant ista hæretici, qui reliquias Sanctorum venerandas esse negant, & festis eorum detrahunt.

s. Polycarpi
mors &
sepultura
cultus.
Euseb.
lib. 4.
c. 15.

CA-

Facula
Hæretico-
rum.

CAPUT VI.

Ex scriptis sancti Clementis
& aliorum.

1. S. Clemens à B. Petro Roma constituto factus ejus Successor, docet unum debuisse in Ecclesia fieri Summum Pontificem, cui ceteri parerent.
2. Sacramentalis & auricularis confessio peccatorum Sacerdotibus facienda est, juxta sanctum Clementem.
3. Vigilia, jejunia, opera misericordie, oratio pro defunctis.
4. Symbolum Fidei ab Apostolo promulgatum.
5. Hierarchia Ecclesie per Pontifices, Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, &c. disposita.
6. Qua reverentia asseruandum Corpus Christi in Ecclesia.
7. Vasa item, & vela, palla, & reliqua utensilia Ecclesie.
8. Vestimenta Ecclesiasticorum diversa à vestibus laicorum ostenduntur à S. Clemente.
9. Cur similia scribat Clemens ad Iacobum Apostolum.
10. Omnes populi & Principes obedire debent Episcopis.
11. Omnium enim Episcopus vicarius Christi est.
12. Ritus Baptismi, & Confirmationis, non nisi ex traditione.
13. Sacrificium Missæ in loco tantum per Episcopum consecrato offerendum.
14. Merita bonorum operum ad salutem esse necessaria.
15. Sacramentum Confirmationis à solo Episcopo confertur.
16. Scriptura sacra difficilis, nec à quolibet exponenda.
17. Auctoritas Episcoporum sancti Clementis, & locus in quinta ejus Epistola à Nicolai corruptus.
18. Martyrium & sepulchrum S. Clementis in medio mari, & miracula ad ipsum facta.

1. **C**LEMENS beati Petri Apostoli discipulus, atque ejusdem in Primatu Ecclesie successor, & Martyr gloriosus, (cujus scripta merita à nobis citanda erant tantum) Non est quoddam meritum miretur quicquam, ordinem non servari in citatione sanctorum Patrum; quia Blossius jam antè præfatus est, sese hæc tumultuariè concessisse, ad usum, non ad splendorem attendendo: & hanc suam scripturam contra hæreticos, farraginem vocavit.

S. Clementis à B. Petro successor ordinatus Romana Sedu primatum Romana Ecclesia docet.

te scripta Ignatii & Dionysii) in prima sua Epistola, quam ad Iacobum Apostolum fratrem Domini scripsit, ita de sancto Petro & de se ipso loquitur: *Hic ipse Petrus, qui pro immensâ charitate, quam erga omnes homines gerebat, palam cum omni fiducia (adversante etiam tyranno huius mundi) bonum predicare non destitit: & Regem omnium seculorum per orbem terras, & usq; ad ipsius Romane urbis huius notitiam, ut ipsa etiam salvaretur, invexit: hic, inquam, pro pietate pati volens, presentem vitam finivit. In ipsis autem diebus, quibus vita finem sibi imminere præsensit, in conventu fratrum positus, apprehensâ manu meâ repente consurgens, in auribus totius Ecclesie hæc protulit verba: Audite me fratres & conservi mei: quoniam, ut edoctus sum ab eo qui me misit, Domino & magistro meo Iesu Christo dies mortis meæ instat, Clementem hunc Episcopum vobis ordino, cui soli meæ predicationis & doctrine cathedram trado, qui mihi ab initio usque in finem comes indivisus fuit, & per hoc veritatem totius meæ predicationis agnovit. Qui in omnibus tentationibus meis socius extitit, fideliter perseverans. Quem præ cæteris expertus sum Deum colentem, homines diligentem, castum, discendi studiis deditum, sobrium, benignum, iustum, patientem, & scientem ferre nonnullorum (etiam ex his qui in verbo Dei instituuntur) iniurias. Propter quod ipsi trado à Domino mihi traditam potestatem ligandi* Mat. 16
atque

Facula
Hæreticorum.

atque solvendi: ut de omnibus quibuscunq; decreverit in terris, hoc decretum sit & incelsis. Ligabit enim quod oportet ligari, & solvet quod expedit solvi, tanquam qui ad liquidum Ecclesie regulam noverit. Ipsum ergo audite, scientes, quia quicumque contristaverit doctorem veritatis, peccat in Christum, & Patrem omnium exacerbat Deum, unde & vita carebit. Hæc eo dicente, ego procidens ad pedes eius, rogabam, excusans me, & declinans honorem cathedrae vel potestatem. At iller respondens, Pro hoc, inquit, ne me rogaveris; hoc enim fieri statutum est mihi, & eo magis quod te excusas, quia hæc cathedra eum, qui cupit illam & audacter expetit, non requirit, sed ornatum moribus, & in verbis eruditum, &c. Ista autem de se narrat Clemens non ad sui jactationem atque ostentationem, sed pure ad Dei honorem, & quia res ita exposcebat, ac beatus Petrus ei præceperat, ut postea in eadem epistola testatur. Porro hæretici, qui Summum Pontificem spernunt, & ejus auctoritatem nihili pendunt, notent hic ea quæ Petrus Apostolus de Clemente successore suo dicit. Quod si sub veteri Lege Deus voluit aliquem esse Summum Sacerdotem, cui alii obtemperare debebant; profectò sub novâ Lege non debuit in Ecclesia Dei deesse Summus Pontifex, cui omnes obedirent. Hæc autem verba in Deuteronomio de eo qui Summo Sacerdoti recusat parere, scripta sunt: *Qui superbie-*

rit, nolens obedire Sacerdotis imperio, qui eotempore ministrat Domino Deo tuo, & decreto iudicis, morietur homo ille, & auferes malum de Israel: cunctusq; populus audiens timebit, ut nullus deinceps intumescat superbiâ. Hæc ibi. Si non esset unus Summus Pontifex in Ecclesia, citò omnia in ea perturbarentur confunderenturque. Ipse igitur pro Vicario Christi habendus est, etiamsi non rectè viveret: nam & Cæsarem vel Regem perversè viventem agnoscimus Regem esse, cum Paulus dicat, non esse potestatem, nisi à Deo, & eum qui potestati resistit, Deo resistere. Beatus Cyprianus Martyr scribens ad sanctum Cornelium, ait: *Non aliunde hereses oborta sunt, aut nata schismata, quam inde, quod Sacerdoti Dei non obtemperatur, nec unus in Ecclesia ad tempus Sacerdos, & ad tempus iudex vice Christi cogitatur.*

Dum in eadem epistola Clemens profequitur salutaria monita, quibus beatus Petrus instituebat eos qui tunc præsentés aderant, inter alia adducens ea quæ ipse Petrus de Sacramentali confessione (quam hæretici modo tantopere averfantur) dicebat, scribit hunc in modum: *Si forte alicuius cor, vel livor, vel infidelitas, vel aliquod malum ex his, quæ superius memoravimus, latenter irreperit, non erubescat, qui anime suæ curam gerit, confiteri hæc ei qui præest, ut ab ipso per verbum Dei & consilium salubre curetur; quo possit*

Rom. 16

2.

Confessio peccatorum Sacerdoti faciendâ, et doctrina Clementina, à S. Petro tradita;

I i i

inic-

Necessè est enim in Ecclesia Summum Pontificem Vicarium Christi in terris.

Deut. 17

Bacula
Hæreti-
corum.

*integrâ fide & operibus bonis pœnas
æterni ignis effugere, & ad perpetuâ
vitæ præmia pervenire. Et infra in
eadem epistola, Instruebat, in-
quit, unumquemque, actus vitæ suæ
omni horâ custodire, & in omni loco
Deum respicere, se firmiter scire, cogi-
tationes malas cordi suo adveni-
entes, mox ad Christum allidere, &
Sacerdotibus Domini manifestare.
Hæc ibi. Quæ quidem verba cla-
rè dicunt, nos peccata nostra, e-
ciam si cogitatione tantum admis-
sa sint, debere confiteri, non so-
lum Deo, verum etiam coram*

Item S.
Cypria-
no.

*Sacerdote. Beatus Cyprianus
Martyr quinto Sermone de Lapsis,
pulchra admodum scribit de
hac sancta exomologesi, quæ cor-
am Sacerdote fieri debet. Certè
Christus dicit Sacerdotibus: Quo-
rum remiseritis peccata, remittun-
tur eis; & quorum retinueritis, re-
tentæ sunt. Sicut autem his ver-
bis dat Sacerdotibus potestatem
remittendi peccata; ita etiam eis-
dem verbis peccatorem obligat
ut confiteatur Sacerdoti peccata
sua. Si enim, ut peccata sint re-
missa, absolutio Sacerdotalis ne-
cessaria est, proculdubio etiam
necessaria est peccatorum confes-
sio: nam Sacerdos solvere non po-
test peccata, quæ sibi per confes-
sionem detecta non fuerint. No-
tanda item sunt verba Apostoli **

* Beati
Petri, ut
jam jam
referen-
bat san-
ctus Cle-
mens.

*suprà commemorata, quibus ait,
nos non solâ fide (ut hæretici
persuadere volunt) sed integrâ
fide ac bonis operibus effugere*

*pœnas inferni, & consequi præ-
mia vitæ æternæ.*

*Et paulò post Clemens adhuc
loquens de monitis beati Petri,
ait: Docebat jejunium & Vigilias
sanctas amare, pauperes recreare,
nudos vestire, infirmos visitare, si-
tientes potare, mortuos sepelire, &
diligenter eorum exequias perage-
re, pro eisq; orare & eleëmofynas da-
re. Cùm beatus Petrus Aposto-
lus ista docuerit, nullo modo au-
diendi sunt hæretici, qui fidelium
defunctorum exequias vitupe-
rant, docentque non esse oran-
dum pro illis.*

*Nonnulli hæretici, licet di-
cant se credere vera esse ea quæ
Symbolo Apostolico comprehē-
sa sunt, dubitare tamen videntur,
utrum Apostoli Symbolum illud
ediderint, cùm Scripturæ Cano-
nicæ nusquam id tradant. Sed
Ecclesia Catholica de ea re nihil
ambigit. Nam & Clemens in il-
la prima sua epistola ad Jacobum
fratrem Domini scripta ait: Fi-
des & dilectio, totius bonitatis est
fundamentum. Sine fide enim pla-
cere Deo nemo poterit. Christo ita-
que resurgente, & ascendente in ca-
elum, misso sancto Spiritu, collatâ A-
postolis scientia linguarum, ipsi A-
postoli adhuc in unum positi, Symbo-
lum, quod fidelis nunc tenet Ecclesia
(unusquisque quod sensu dicendo)
condiderunt: ut discedentes ab in-
vicem, hanc regulam per omnes
gentes predicarent. Hæc ibi. In
ipso Symbolo Apostolico ista ver-
ba inter alia habentur: Credo san-
ctam*

3.
Bona ope-
ra, & o-
ratio pro
fidelium
anima-
bus exco-
dem de-
strina.

4.
Symbo-
lum fidei
revera
Apostoli
confidit

Heb. 11.

Facula Hæreticorum. *Hæc Ecclesiam Catholicam.* Minor autem quâ fronte hæretici dicant se hoc credere, cum non eandem cum Ecclesia Catholica fidem & doctrinam amplectantur, nec ipsi Ecclesiæ obtemperare velint.

5. Post pauca Clemens loquens de Petro Apostolo, itemque de seipso, scribit ita: *Episcopos per singulas civitates, quibus ille non miserat, per doctos & prudentes sicut serpentes, simplicesque sicut columbas (juxta Domini præceptionem) nobis mittere præcepit. Quod etiam facere inchoavimus, & (Domino opem ferente) facturi sumus. Vos autem per vestras dioceses Episcopos sacrate & mittite: quia nos ad alias partes (quod idem jussit) agere curabimus. Aliquos vero ad Gallias Hispaniasque, mittemus, & quosdam ad Germaniam & Italiam, atque ad reliquas gentes dirigere cupimus. Hæc Clementis verba aperte cogunt infaniam hæreticorum hujus ævi, qui Ecclesiasticæ Episcoporum consecrationi impudenter detrahunt. Postquam autem Clemens ibidem exposuit, in quibus urbibus sanctus Petrus dixerat ponendos esse Primates, sive Patriarchas & Archiepiscopos, subjungit ista verba: *In singulis reliquis civitatibus, singulos, & non binos vel ternos aut plures Episcopos constituit præcepit, qui non Primatum aut Archiepiscoporum, aut Metropolitanorum nomine, (quia matres civitatum non tenent) sed Episcoporum tantum vocabulo po-**

rentur: quoniam nec inter Apostolos par institutio fuit, sed unus omnibus præfuit. Hoc tamen providendum statuit, ne in villis aut castellis vel in modicis civitatibus constituerentur Episcopi, ne vile nomen eorum fieret. Episcopos ergo vicem Apostolorum gerere, Dominum docuisse dicebat: & reliquorum discipulorum vicem tenere debere Presbyteros insinuabat, &c. Etiam hinc discant hæretici hujus temporis, Christum aliqua docuisse, quæ in Scripturis Canonicis expressa non sunt. Neque enim in illis usquam legimus quod Christus docuerit Episcopos vicem Apostolorum, & Sacerdotes vicem aliorum discipulorum gerere.

6. In initio secundæ Epistolæ, quam idem Clemens scripsit ad Jacobum fratrem Domini, ostenditur, quæ reverentia & diligentia servari debeat circa sacram Eucharistiam. ibi enim ista verba legimus: *Tribus ordinibus commissæ sunt Sacramenta divinorum secretorum, id est, Presbytero, Diacono, & ministro, qui cum timore reliquias fragmentorum Corporis Domini custodire debent, ne qua putredo in Sacrario inveniat, ne dum negligenter quidquam agitur, portioni Corporis Domini gravis inferatur injuria.*

7. Et paulò post ipse Clemens ait: *De vasis sanctis ita agendum est. Altaris palla, cathedra, candelabrum, & velum, si fuerint*

† Subdiacono, qui & Diacono & Presbytero servire debet, & solet.

Facula
Hæreti-
corum.

vetustate consumpta, incendio den-
tur: quoniam non debent ea que in
sanctuario fuerint, malè tractari,
sed incendio universa tradantur.
Cineres quoq; eorum in Baptisteriũ
inferantur, ubi nullus transitum ha-
beat: aut in parietem aut in fossas
pavimentorum mittantur, ne intro-
euntium inquinentur pedibus. Pal-
las & vela que in ministerio San-
ctuarii sordidata fuerint, Diaconus
cum humilibus ministris lavent:
non ejicientes è Sanctuario velami-
na Dominica mensa: ne fortè pulvis
Dominici Corporis malè decidat. De
velis januarum cura sit Ostiariis
ex admonitione majorum, ne quis
negligens ad ignarus, ad velum
janue domus Domini manus incon-
dite tergat, sed statim coercitus di-
scat omnis homo, quia velum atrii
domus Domini sanctum est. Si fortè
quispiam Presbyter vel Diaconus
Sacriarii sindonem aut velum sub-
tracta vendiderit, fuda Iscariotis
similis estimabitur. Calicem ad pre-
ferendum Sanguinem Domini ad-
aptatum, cum omni munditiã* mi-
nister preparet, ne non benè lotus
Calix, Diacono offerenti cedat in
peccatum. Ad hunc modum cum
omni honestate cuncta que suprã ex-
posuimus debent impleri. Tales ad
ministerium eligantur Clerici, qui
dignè possint Dominica Sacramen-
ta tractare. Hæc ibi. At hujus-
modi omnia risui habent hæreti-
ci nostræ ætatis.

8.
Clerico-
rum habi-
tu distin-

8. Ipsa item vestimenta sacra qui-
bus Sacerdotes & ministri in di-
vinis Officiis utuntur, rejiciunt

atque conspuunt hæretici; cum
tamen etiam sub veteri Lege Sa-
cerdotes peculiaribus sacrisque
vestibus induti Deo ministrave-
runt. Quas quidam vestes Deus
jubet fieri in Exodo capite vige-
simo octavo; & subsequenti ca-
pite Moyli dicit: *Indues Aaron*
*vestimentis suis, id est, lineã & tu-
nicã, & superhumerali & rationali,*
quod constringes balteo. Et pones
tiaram in capite ejus, & laminam
sanctam super tiaram, & oleum un-
ctionis fundes super caput ejus, atq;
hoc ritu consecrabitur. Filios quoq;
illius applicabis, & indues tunicis
lineis, cingesq; balteo, Aaron scilicet
& liberos ejus, & impones eis
mitras: eruntq; Sacerdotes mihi reli-
gione perpetuã. Et capite quadra-
gesimo rursus Dominus ait Moy-
li: *Applicabis Aaron & filios ejus*
ad fores tabernaculi, & lotos aquã
indues sanctis vestibus, ut ministrent
michi, & unctio eorum in Sacerdo-
tium sempiternum proficiat.

Tandem in fine Epistolæ idem
Clemens ista verba adjicit: *Hæc*
precepta à sancto Petro Apostolo ac-
cepi, & tibi, frater charissime, insti-
nuare curavi, ut servari omnia pre-
cipias sine maculã. Si quis vero au-
dierit te, utilis eris minister JESU
Christi: qui autem non audierit te,
ipse sibi damnationem accipiet.
Porro scribens hoc modo Cle-
mens ad Jacobum Apostolum,
non se doctorem ejus arroganter
constituit (sicuti quidam incon-
sideratus Scriptor putat) sed illa
quæ à Petro didicerat, humiliter
expo-

Pauci
Hæreticorum.

exponit, quemadmodum & Petrus ipsi iusserat, & Iacobus cupiebat: ut eos, qui cum Iacobo erant, omnemque Ecclesiam tanquam Vicarius Christi officium locumque Summi Pontificis obtinens, instruat.

10.

Clerici & populi, & Principes ipsi debeat Episcopo obedire.

Rursum ipse Clemens in tertia Epistola sua quam scribit ad Episcopos, Presbyteros, Diaconos, ac reliquos Clericos & ad cunctos Principes, omnesque fideles, loquitur de obedientia Episcopis exhibenda in hunc modum: Si vobis Episcopis non obedierint omnes Presbyteri, Diaconi, ac Sacerdotes, & reliqui Clerici, omnesque Principes, tam majoris ordinis, quam inferioris, atque reliqui populi, tribus & lingua non obtemperaverint, non solum infames, sed & extorres à regno Dei & consortio fidelium, atque à liminibus sancte Ecclesie alieni erunt. Nam vestrum est eos instruere, eorum est vobis obedire, ut Deo, cuius legatione fungimini, dicente Domino: Qui vos audit, me audit; & qui vos spernit, me spernit. Et qui vos recipit, me recipit. Et qui me recipit, recipit eum qui me misit. Nihil enim iniustum vel inhonestum est, quam filios patribus rebelles, aut Clericos vel laicos Doctoribus, seu discipulos Magistris inobedientes vel protervos existere. Et infra in eadem Epistola: Quicumque, inquit, obediunt Episcopis suis, videntur quidem aliquam gratiam conferre Deo: qui autem eis non obediunt, indubitanter rei & reprobi existunt. Hic aures audi-

Luc. 10.

gant hæretici, qui Præpositis Ecclesie obtemperare nolunt.

Rursum in hac ipsa Epistola Clemens scribit ita: *Primus Pontifex Aaron chrismate compositio- nis perunctus, Princeps populi fuit, &c.* Ac paulò post, *Omnis, inquit, Pontifex sacro Chrismate perunctus, & in civitate constitutus, Scripturis sacris eruditus, charus & preciosus hominibus esse debet. Quem quasi Christi locum tenentem, honorare omnes debent, ei que servire, & obedientes ad salutem suam fideliter existere, scientes quod si ve honor, si ve iniuria qua ei desertur, in Christum redundat, & à Christo in Deum.* Hæc ibi. Hæretici nostræ tempestatis, discentes hinc Episcopos ritè in Ecclesia perungi Chrismate, desinant id irridere.

Postea Clemens loquitur de Baptismo in hunc modum: *Baptizetur unusquisque in aquis perennibus, nomine trine Beatitudinis invocato super se, perunctus primo Oleo per orationem sanctificato; ut ita demum per hæc consecratus, possit percipere locum cum Sanctis.* Sed Hæretici nunc sacram unctio- nem, ut pleraque alia in Baptismo, temerè atque impiè rejiciunt. Divinus quoque Dionysius Areopagita in libro suo de Ecclesiastica Hierarchia, explicans ritus Baptismi, dicit eum, qui iniciatur, ungi sacro Oleo, antequam trina in aquas immersione cum trine Beatitudinis invocatione abluatur, & eumdem ita baptizatum sancto Chrismate signari: id quod

11.

Episcopi omnes sunt vicarii Christi, in sua quisque Ecclesia. Exod. 29.

12.

Nulla, & pleraque alia Baptismi sacramenta, ex sola traditione habentur.

Cap. 2. Clementi concinit Dionysius & Basilium.

Facula
Hæretico-
rum.
Cap. 17.

etiam nunc observat Ecclesia Dei. Et Basilius Magnus in libro quem de Spiritu sancto scripsit, docens, quod Ecclesia multa ex traditione Apostolorum acceperit, quæ nusquam in Scripturis Canonicis sunt adnotata, postquam locutus est de signo Crucis, de conversione nostri ad Orientem dum precamur atque adoramus (nam & ferè omnes sacræ Basilicæ ad Orientem spectant) & de Liturgia vel mysterio Eucharistico, ubi plura dicimus quàm Evangelium & Paulus commemoret; addit hæc verba: * Consecramus aquam

* Vide-
ant No-
vatores
anti-
quas ex
Basilii
Baptis-
mice re-
monias
per so-
lam tra-
ditio-
nem.

Baptismatis, & Oleum unktionis, præterea ipsum qui Baptismum accipit. sed ex quibus scriptum? Nonne à tacita secretaque traditione? Ipsam porro Olei unktionem, quis sermo scripto proditus docuit? Jam ter immergi hominem, unde est traditum? Reliqua item quæ sunt in Baptismo, veluti renuntiare satanae & angelis ejus, ex quâ Scriptura habemus? Nonne ex privata & arcana hac traditione? Nonne ex doctrina, quâ Patres nostri in silentio (quod curiosos & otiosos submoveret) servaverunt?

13.
Missæ nō
dicatur,
nisi in lo-
co per E-
piscopum
consecra-
to.

In eadem Epistola sanctus Clemens de Sacrificio Missæ ait: Hic (id est, in præsentī vita) positos, oportet nos agnoscere voluntatem Dei. Quoniam in aliis locis sacrificare & Missas celebrare non licet, nisi in quibus Episcopus proprius jusserit, & eo loco qui ab Episcopo regulariter ordinato (tenente videlicet civitatem) consecratus fuerit.

Hæc Apostoli à Domino acceperunt, & nobis tradiderunt: hæc nos docemus, vobisq; & omnibus absq; reprehensione tenere mandamus. Dei & Ecclesiæ hostes hæretici, qui sanctum Missæ Sacrificium abominantur, diligenter expendant ea quæ Clemens hic dicit: simulque discant templa debere consecrari ab Episcopo.

Post prædicta verba mox Clemens subjungit: Unaquæque res tempus suum habet & locum. Operum hic locus est: tempus verò meritum, est saculum futurum. Ne ergo impediamur, ordinem locorum ac temporum permutantes; primo quæ sit Dei justitia requiramus, & tanquam iter acturi, abundantem viatico, scilicet bonis operibus repleamur, quò possimus ad regnum Dei tanquam ad urbem maximam pervenire. Hæc ibi. Ergo sola fides non sufficit ad salutem: sed etiam bona opera requiruntur. Nam & Jacobus Apostolus dicit: Fides, si non habeat opera, mortua est. Nota etiam, beatum Clementem præclaram facere mentionem meritum, contra hæreticos hujus tempestatis.

In calce quartæ Epistolæ scribit de Sacramento Baptismi, & Sacramento Confirmationis, in hæc verba: Omnibus festinandum est, sine morâ renasci Deo (per Baptismum) & demum consignari ab Episcopo, id est, sepeformem gratiam Spiritus sancti percipere. † Non quia merendi tempus est in altera vita, sed quia meritis per opera in vita hæc tuæ debita perfolvantur præmia.

quia

14.
Bonorum
operum
merita
salutem
viam.

Jacob 6

15.
Missæ
Episcopi
confir-
mationis
Sacra-
mentum
Confirmatio

quia exitus vite unusquisque, incertus est. Cum autem regeneratus fuerit per aquam, & postmodum septiformi Spiritus gratia ab Episcopo, ut memoratum est, confirmatus (quia aliter perfectus esse Christianus nequaquam poterit, nec sedem habere inter perfectos, si non necessitate, sed incuria aut voluntate remanserit, ut a beato Petro accepimus, & ut ceteri sancti Apostoli precipiente Domino docuerunt) demum ex operibus bonis ostendat in se similitudinem ejus qui eum genuit. *Parris.* Hæc ibi. Insaniunt igitur hæretici hujus ævi nostri, qui Sacramentum Confirmationis repudiant, & per illud gratiam homini dari negant. Nam & in Actis Apostolorum legimus, Petrum & Joannem missos à ceteris Apostolis fuisse in Samariam ad eos qui verbum Dei receperant, ac baptizati fuerant, ut hi per illorum orationem & manuum impositionem consignationemque confirmarentur, & Spiritum sanctum acciperent, ubi hæc verba habentur: *Miserunt ad eos Petrum & Joannem. Qui cum venissent, craverunt pro ipsis ut acciperent Spiritum sanctum: nondum enim in quengua illorum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine Domini Jesu. Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum sanctum.* Innocentius doctus sanctusque Pontifex Romanus, qui florebat circa annum Domini quadringentesimum octavum, in Epistola quam scripsit ad Decen-

tium Eugubinum Episcopum, inter alia loquitur ita: Pontificibus solis debere, ut vel consignent (baptizatos) vel Paracletum Spiritum tradant, non solum consuetudo Ecclesiastica demonstrat, verum & illa lectio Actuum Apostolorum, que asserit, Petrum & Joannem esse directos, ut jam baptizatis traderent Spiritum sanctum. Moxque subjungit Innocentius, quod licet Presbyteri absente vel præsentem Episcopo, dum baptizant, possint baptizatos ungere Chrismate; frontem tamen sacro Oleo signare, sicut Episcoporum dumtaxat, cum tradunt Spiritum sanctum.

Item in quinta Epistola sua idem Clemens verba faciens de divinis Scripturis, ait: *Diligenter observandum est, ut lex Dei cum legitur, non secundum proprii ingenii intelligentiam legatur vel doceatur. Sunt enim multa verba in Scripturis divinis, que possunt trahi ad eum sensum, quem sibi unusquisque præsumpserit: sed hoc fieri non debet. Oportet ab eo intelligentiam discere Scripturarum, que eam à maioribus secundum veritatem sibi traditam servavit. Unde consilium dantes vestram prudentiam hortamur, ut ab Apostolicis regulis non recedatis: sed communem vitam ducentes, & Scripturas sacras rectè intelligentes, qua Domino vovistis, adimplere satagatis.* Prædictis verbis Clementis adjungimus consimilia verba beati Petri Apostoli in secunda Epistola sua, dicentis: *Charissimus frater noster Paulus secundum*

16.

Difficultas & obscuritas S. Scriptura ex S. Clemente & S. Petro.

Ex traditione Ecclesie componi debet. 2. Pet. 3.

Facula
Hæretico-
corum.

cundum datam sibi sapientiam scripsit vobis sicut & in omnibus Epistolis, loquens de his: in quibus sunt quadam difficilia intellectu, qua indocti & instabiles depravant, sicut & ceteras Scripturas, ad suam ipsorum perditionem. Vos igitur, fratres, præscientes custodite, ne insipientium errore traducti, excidatis a propria firmitate. Si hæc Petri & Clementis verba hæretici ævi nostri ritè attenderent, non ita impudenter assererent, divinas Scripturas nihil habere obscuritatis, ob idque passim à quibusvis hominibus posse tractari & exponi, nec illis tam insolenter abuterentur ad tuenda sua perversa dogmata. Monet autem Clemens eos ad quos scribit, ut ea quæ Domino voverunt, adimplere satagant, sicuti etiam Propheta dicit: *Vovete & reddite Domino Deo vestro.* Sed nunc nonnulli hæretici vota Monastica quæ Deo semel obtulerunt, sacrilegâ horrendâque impietate infringunt ac violant, & ut alii idem faciant.

Vota Deo
reddenda.

Psal. 75

17.

Quanta
sit aucto-
ritas Epi-
stolarum
S. Clemen-
tis.

Epistolæ beati Clementis positæ sunt in initio voluminis sacrorum Conciliorum. Quibus Epistolis multum auctoritatis tribuunt Summi Pontifices, Anacleus, Evaristus, & Alexander, qui ex ordine Clementem subsequuti sunt. Illas namque ipsi ac plerique alii Pontifices honorificè citant, & earum verbis utuntur in suis epistolis. Sed dolendum profectò est, quintam ejusdem Clementis Epistolam, quæ

Quinta
Epi-

de communi vitâ tractat, fœdissimè à nescio quo hæretico conspurcatam fuisse. Postquam enim in ejus exordio Clemens dixit: communem vitam necessariam esse his qui Deo irreprehensibiliter militare, & vitam Apostolorum eorumque discipulorum imitari cupiunt; mox addita sunt verba ista: *Communis enim usus omnium quæ sunt in hoc mundo, omnibus esse hominibus debuit; sed per iniquitatem alius hoc suum esse dixit, & alius aliud, & sic inter mortales facta divisio est.* Denique Græcorum quidam sapientissimus hæc ita sciens esse, ait communia debere esse amicorum omnia. *In omnibus autem sunt sine dubio & conjuges. Et sicut non potest, inquit, dividi aer, neque splendor solis, ita nec reliqua, quæ communiter in hoc mundo omnibus data sunt ad habendum, dividi habere, sed habenda sunt communia.* Hæc ibi. Quæ quidem verba, docentia uxores communes debere esse, ab improbo aliquo Nicolaita hic inserta fuerunt. Sed cum sint detestabilia, & à mente sancti Clementis, atque à Christiana religione aliena, repudiari, & ex illo loco expungi debent. Ea autem habentur decimo libro Recognitionum ipsius Clementis, è Græca lingua in Latinam à Rufino Torano versarum, non procul ab initio. Ibi enim pater Clementis, sacro Baptismate nondum regeneratus, recitans opinionones Philosophorum, Græcorum atque gentilium, inter alia profert

Vnde et
raptela
illa in
hanc Epi-
stolam
transcrip-
ta.

Facula
Hæreticorum.

Refuta-
tur ex
fide S.
Episto-
lam Cle-
mentis,
ipse S.
Ignatio.

18.
Passio S.
Clemen-
ti & mi-
rabile sp-
cul. hui-
in fundo
Maru
fido à
Dio ex-
tractum.

profert etiam verba illa absurdif-
sima. Et ea hæreticus quispiam
illic in quintam Clementis Epi-
stolam (ut dictum est) transtulit.
Hoc idem commemoravimus, ne
quis legens illam utilissimam,
putet virum castissimum atque
sanctissimum aliquid ineptum aut
turpe in ea scribere voluisse. Nam
quod ipse castitatem usque ad vi-
tæ suæ finem coluerit, testatur
sanctus Ignatius in epistola ad
Philadelphienfes data, scribens
hunc in modum: *Virgines so-
lum Christum præ oculis habete, &
eius Patrem in precibus vestris, à
Spiritu illuminata. Unam fruam
vestra sanctitate, sicut Eliæ, sicut Je-
su, Nave, sicut Melchisedech, Eli-
sei, Jeremia, Joannis Baptista, dile-
cti illius discipuli, sicut Timothei,
Titi, Evodii, Clementis, qui in casti-
tate de vita exierunt.*

In ipsius Clementis Vita Græ-
cè scripta, (quam Joachimus Pe-
rionius Latinam fecit, narratum
est, uti idem Clemens, diis sacri-
ficare recusans, à Traiano Impe-
ratore fuerit relegatus in exilium
trans Pontum apud Chersonem.
Vbi etiam tandem ab Aufidiano
Duce in profundum maris præ-
cipitatus est, anchorâ ad collum
ejus religatâ. Cumque Cornelius
& Phœbus illius discipuli, unâ
cum aliorum Christianorum mul-
titudine in littore orarent, ut
Deus ostenderet ipsis Martyris sui
corpus; mare mox discessit ad sta-
dia circiter viginti. Itaque illi in-
gressi, invenerunt in mari saxum,
sapientia atque providentia Dei

paratum, quod templi speciem
præferebat, atque in eo corpus
Martyris cum dignitate ab An-
gelis collocatum. Divinitus au-
tem admoniti sunt Cornelius &
Phœbus, ne sacrum corpus, quod
ibi præclare repositum erat, trans-
ferrent. Quibus etiam revelatum
est, fore ut quotannis eo tempore
quo Martyr ex hac vita excesser-
at, mare septem continuis die-
bus cursum suum cohiberet, iis-
que, qui accedere vellent, transi-
tum, usque ad ipsum corpus con-
cederet; id quod & singulis annis
accidit. Postquâ igitur in B. Cle-
mentis Vita omnia illa quæ dixi-
mus narrata sunt, ita verba sub-
junguntur: *Cum hæc ita essent, &
Christianorum omnium, qui Cherso-
nem incolebant, ad diem festum mi-
raculi, concursus fieret; ibi etiâ Deus
miraculum edidit superioribus † mi-
rabilius. Advertant hæretici,
quàm stupendis miraculis Deus
cohoneflet Sanctos suos, simul-
que considerent quàm stultè ac
temerè festis Sanctorum adver-
sentur. De maximis illis mira-
culis ad corpus beati Clementis à
Deo editis, etiam Nicephorus
Callistus in tertio Historiæ suæ li-
bro mentionem facit.*

† Mirabilius istud miraculum etiam
narrat Simeon Metaphrastes ex S. Ephræm
Martyre & Episcopo. Nempe annis sequen-
tibus, cum mare quotannis sacro S. Clemen-
tis die in se recurrens, solito more, sepul-
chrum venerationi peregrinorum sicum in
fundo ostendisset, puerum à parentibus ed
deductum, ut ad sacras Reliquias filii sui
vitam ac fortunas commendarent: parenti-
bus absentibus puerum ad sacram thecâm
remanisse, & refluxente aquâ absorptum,
toto anno, in fundo vixisse, donec anno se-
quen-

Cap. 4.

K k k

quen-

Facula quenti parentes in eundem locum reverſi, Hæreticorum. qui ſe toto illo anno à S. Martyre nutritum & ſervatum aſſerebat.

CAPUT VII.

Exſcriptis ſancti Anacleti, & aliorum.

1. S. Anacletum à B. Petro Presbyter ordinatum: Euchariftiam vocat Corpus Chriſti.
2. Pontifices & Sacerdotes veteris Teſtamenti geſſiſſe figuram Epiſcoporum & Presbyterorum nova Legiſ.
3. Epiſcopi locum habent Apoſtolorum, Presbyteri verò 72. diſcipulorum.
4. Primatus Eccleſia Romana probatur ex veteri & novo Teſtamento.
5. S. Aniceti teſtimonium de Epiſtola S. Anacleti.
6. Item S. Ignatii de S. Anacleto, & quòd Diaconus B. Petri fuerit.
7. Unde orſa diverſitas tanta in recenſione Cleti, Clementis, & Anacleti in ſucceſſione ſedis Pontificia poſt ſanctum Petrum.

BEATISSIMUS martyr Anacletus, ſancti Clementis in ſummo Pontificatu Succellor, in ſeconda epiſtola ſua ad Epiſcopos Italiae ſcripta, ponit hæc verba: Prout Dominus tribuit, ut à beato Petro principe Apoſtolorum ſumus inſtructi, (à quo & Presbyter ſum ordinatus) ſcribere vobis, ſicut petiſtis, non denegavimus. Non multò poſt Anacletus appellat Euchariftiam Corpus Chriſti, ſicuti reverà eſt. Ait enim: Accuſatio eorum (ſcilicet Sacerdotum) ſuper quã nos conſulere voluiſtis, non niſi ab idoneis & probatiſſimis viris, qui & ſuſpicionibus & ſceleribus careant, fieri debet: quia Dominus ſaceri Corporis ſui tractatores à vilibus & reprobis ac non idoneis perſonis infamari noluit, nec calumniari permiliſit.

In eadem epiſtola Anacletus ſcribit itaſde Sacerdotibus ac Sacerdotio: Non propter decrepitam ſenectutem, ſed propter ſapienſiam, Presbyteri (id eſt Seniores) nominantur. Initium ſacerdotii fuit Aaron, licet Melchizedech prior obtulerit Sacrificium, & poſt hunc Abraham, Isaac & Jacob. Sed hi ſpontaneã voluntate, non ſacerdotiali auctoritate iſta fecerunt. Ceterum Aaron primus in lege Sacerdotale nomen accepit, primuſq; Pontificaliſtolã induit, victimas obtulit, iubente Domino ac loquente ad Moſen: Accipe Aaron & filios eius, & applicabis eos ad oſtium tabernaculi teſtimonii. Cumq; laveris patrem cum filiis aquã, indues Aaron veſtimentis ſuis, &c. Anacletus deinde ſubjungit: Quo loco contempleri oportet: Aaron Summum Sacerdotem, id eſt, Epiſcopum fuiſſe: porrò filios eius Presbyterorum demonſtraſſe figuram. Ac paulò poſt, In novo, inquit, Teſtamento, poſt Chriſtum Dominum à Petro Sacerdotale coepit ordo: quia ipſi primò Pontificatus in Eccleſia datus eſt. Hic ligandi atque ſolvendi poteſtatem primus accepit à Domino, primuſq; ad ſidem populum virtute ſua predicationis adduxit. Ceteri vero Apoſtoli, cum eodem, pari conſortio honorem & poteſtatem acceperunt, ipſumq; principem ſuum eſſe voluerunt: qui etiam juvente Domino in toto orbe diſperſi, Evangelium predicaverunt. In locum eorum ſucceſſerunt Epiſcopi. Et paucis interjectis, Electi, inquit, ſunt ab eis ſepena-

Facula
Hereti-
corum.

Septuaginta discipuli quorum ty-
pum gerunt Presbyteri, atque in eo-
rum locum sunt constituti in Eccle-
sia. Hic ostendit Anacletus, qui
à Petro Apostolo institutus fue-
rat, Sacerdotes veteris Testamen-
ti gessisse figuram Sacerdotum no-
vi Testamenti: at hæretici nunc,
horrendâ & plùs quàm diabolicâ
temeritate, volunt abrogare Sa-
cerdotium legis Evangelicæ.

3.
Succre-
dunt A-
postoli
Episcopi:
Septua-
ginta dis-
cipuli
Presbyte-
ri.

Ipsè idem Anacletus in exor-
dio terciæ epistolæ suæ, quam ad
omnes Episcopos & Sacerdotes
scribit, rursus affirmat se à sancto
Petro Apostolorû principe Pres-
byterum fuisse ordinatum. Ibi-
que paulò post ait: De Primari-
bus, charissimi, super quibus me qui-
dem vestrum consuluerunt, & Apo-
stolica auctoritate (quâ, licet indigni,
Domino dispensante fungimur)
decretum postulaverunt, aut si esse
deberent, aut non: quantum hæte-
nus de his à B. Petro Apostolo, & à re-
liquis Apostolis, atque à beato Cle-
mente, nostro sancto prædecessore &
Martyre, novimus statutum, dene-
gare vobis minimè possumus. Et quis
est, qui quærentibus fratribus dene-
gare possit dubitationes vel necessi-
tates eorum? Sacerdotum, fratres,
ordo bipartitus est: & sicut Dominus
illum constituit, à nullo debet pertur-
bari. Sciris autè, à Dno Apostolos esse
electos & constitutos, & postea per
diversas Provincias ad predican-
dum dispersos. Cùm verò messis cœ-
pisset crescere, videns paucos esse ope-
rarios, ad eorum adiumentum, sep-
tuaginta eligi præcepit discipulos.

Episcopi verò Apostolorum, Presby-
teri quoque septuaginta discipulo-
rum locum tenent. Episcopi autem
non in castellis aut modicis civitati-
bus debent constitui, sed Presbyteri
per castella & modicas civitates at-
que villas debent ab Episcopis ordi-
nari & poni: singuli tamen per sin-
gulos titulos suos. Et Episcopus non
ab uno, sed à pluribus debet Epi-
scopis ordinari: & (ut dictum est)
non ad modicam civitatem (ne vi-
lescat nomen Episcopi) sed ad ho-
norabilem urbem titulandus ac de-
nominandus est. Presbyter verò ad
quemcung; locum vel Ecclesiam in
eo constitutam est præficiendus, in ea
diebus vitæ suæ duraturus, &c. In
epistola ad Episcopos Italiæ scri-
pta Anacletos, sicut à beato Petro
instructus fuerat, dicit illos Pon-
tifices, qui Episcopos consecrant,
debere eis manus cum sanctis E-
vangeliis imponere, & more A-
postolorum ac Moysis, capita eo-
rum sacrâ Unctione ungere: quia,
inquit, † omnis sanctificatio con-
stat in Spiritu sancto, cuius virtus
invisibilis sancto Chrismati est per-
mixta. Attendant hæc hæretici,
qui ordinationem consecratio-
nemque Sacerdotum & Episco-
porum in Ecclesia Catholica, ex
institutione Domini fieri soliti-
tam, derident.

In eadem epistola ipse Anacle-
tus de Primatu Romanæ Ecclesiæ
(quam hæretici superbissimè con-

4.
Ecclesia
Romana
primatus
ex S. A-
nacletos.

† Ecce solemnem ab Apostolorum tem-
poribus Episcoporum consecrationem, cui
tanto clamore Novatores sese opponunt.

K k k k 2

temnunt,

Facula Hereticorum. temnunt, & odio atque maledictis insectantur) scribit in hunc modum: Sacrosancta Romana & Apostolica Ecclesia, non ab Apostolis, sed ab ipso Domino Salvatore nostro primatum obtinuit, & eminentiam potestatis, super universas Ecclesias, ac totum Christiani populi gregem assecuta est: sicut ipse beatus Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam, & porta inferi non prevalebunt adversus eam: & tibi dabo claves regni caelorum: & quaecumque ligaveris super terram, erunt ligatae & in caelo: & quaecumque solveris super terram, erunt soluta & in caelo. Adhibita est etiam societas in eadem Romana urbe beatissimi Apostoli Pauli, vasis electionis: qui uno die, unoque tempore, gloriosam mortem cum Petro sub Principe Nerone decertans, coronatus est: & ambobus sanctam Romanam Ecclesiam consecrarunt, aliisque omnibus urbibus totius mundi, eam suam praesentiam atque venerando triumpho praetulerunt. Et paulo infra idem Anacletus ait: Inter beatos Apostolos quadam fuit discretio: & licet omnes essent Apostoli, Petro tamen a Domino est concessum, & ipsi inter se id ipsum voluerunt, ut reliquis omnibus praesentet Apostolis. Rursumque infra addit Anacletus: Si qua causa difficilior inter vos orta fuerint, ad huius sanctae Sedis apicem eas, quasi ad caput, referte, ut Apostolico terminentur iudicio: quia sic Dominum velle, ab eoque ita constitutum esse, antedictis testimoniis

Petrus
 reliquis
 praesentat
 Apostolis

declaratur. Hec vero Apostolica Sedes, cardo & caput (ut praedictum est) omnium Ecclesiarum a Domino, & non ab alio est constituta. Et sicut cardine ostium regitur, sic huius sanctae Sedis auctoritate, omnes Ecclesiae Domino disponente reguntur. Haec tibi. Itidem in veteri Legge difficilia quaeque ad Summum Sacerdotem & eius Consiliarios atque ministros referri debent. Sic enim in Deuteronomio loquitur Deus: Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris inter sanguinem & sanguinem, & causam & causam, & iudicium intra portas tuas videris verba variari: surge, & ascende ad locum quem elegerit Deus tuus, veniesque ad sacerdotes Levitici generis, & ad iudicem qui fuerit eodem tempore, queresque ab eis: qui indicabunt tibi iudicii veritatem, & facies quodcumque dixerint qui praesunt loco quem elegerit Dominus, & docuerint te iuxta legem eius: sequeris sententiam eorum, nec declinabis ad dexteram vel ad sinistram. Porro, quod Christus beatum Petrum rectorem & caput Ecclesiae suae constituerit, etiam ex his quae modò subiungemus, manifestum est. Ipse Dominus Jesus post resurrectionem suam, antequam abiret ascenderetque in caelum, eidem Petro (cum Joannes & Jacobus frater eius ac Thomas praesentes adessent) specialiter dixit haec verba: Pasce agnos meos, Pasce oves meas. Vbi Graecè sic scriptum est, ποιμαίνε τὰ πρόβατά μου. id

Probatur
 primatus
 ex Scriptura,
 Antiqua,
 quae,
 Deut. 17

Nov.

Joan. 21

Facula
Hæreticorum.

Ep. 20.

Rom. 13

id est, more pastoris atq; opilionis rege oves meas. Quali diceret: Ego, Petre, in calum me recipio; tu tanquam vicarius meus primatum tenens, gubernas Ecclesiam meam, & pro eâ sedulam curam gere. In initio Psalmi septuagesimi noni illud ipsum verbum positum est, ubi dicitur: Οὐ ποιμαίνω τὸν Ἰσραὴλ ποιόυτες. *Qui regis Israel intende.* Lucas etiam in Actis Apostolorum utitur eodem verbo, ubi inducit Paulum inter alia dicentem: *Attendite vobis & universo gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos, regere Ecclesiam Dei.* Certè quidam Scriptores Græci Regem appellant τὸ ποιμὲνα, ed quod pastoris ritum regat vel regere debeat populum. Et Petrus Apostolus constitutus est supremus Ecclesiæ pastor atque gubernator in terris. Quare qui ipsius Petri legitimum successorem, videlicet Romanum Summumque Pontificem, negat esse, sub Christo, caput totius Ecclesiæ militantis, & sese Apostolicæ Sedi (cui omnes Catholici reverentiam propter Christum semper habuerunt) adungere atque subicere non vult, is proculdubio ordinationi Dei resistit, & alienus ab Ecclesia est. Defertor, infamis & profanus dici debet: quia reliquit domum Dei, reliquit antiquam illam & nobilem omnibusque conspicuam civitatem, quæ super montem Christi

† Homerus creberrimè Regem vocat ποιμὲνα λαῶν, id est, Pastorem populorū.

stum posita, & super petram Apostolicam ædificata est: extra quam nullus Deo placere potest.

Anicetus Martyr & decimus Pontifex Romanus, citat Anacletum in epistola sua ad Episcopos Galliæ missâ, his verbis: *De ordinationibus Episcoporum, super quibus nos consulere voluistis, olim in sancti prædecessoris nostri Anacleti ordinationibus quadam iam decreta reperimus. Scimus enim, beatissimum Jacobum, qui dicebatur Justus, qui etiam secundum carnem frater Domini nuncupatus est, à Petro, Jacobo, & Joanne Apostolis, Ierosolymorum Episcopum esse ordinatum, &c.* Habentur hæc in epistola Anacleti ad Episcopos Italiæ scripta.

6. *Ipsum sanctissimum virum Anacletum aliquando Diaconum Petri Apostoli fuisse, indicat sanctus Ignatius in epistola ad Tralitanos data, ubi ait: Veneramini Episcopum vestrum sicut Christum, ut nobis beati præceperunt Apostoli. Qui sine Episcopo, & Presbyteris, Diaconibus aliquid agit, pollutâ est conscientia, & est infideli deterior. Quid enim est Episcopus, nisi qui principatum omnem & potestatem supra omnes obtinet (ut obrinere homo potest) qui est, pro viribus, Christi Dei imitator? Quid verò Presbyteri, nisi collegium sacrum, consilium & confessores Episcopi? Quid item Diaconi, nisi imitatores Angelicarum virtutum, ei ministrantes ministerium purum & immaculatum: ut sanctus Stephanus, beato Iacobo*

Matt. 5.
Matt. 16.Epistola
S. Anacleti
laudat S. Anicetum.6.
Anacletum Petri
Diaconum
fuisse asserit S. Ignatium.

Facula
Hæreti-
corum.

cobo: Timotheus ac Linus, Paulo: & Anacleus atque Clemens, Petro? Qui his inobediens fuerit, athenis & impius omnino erit, Christum improbans, & ejus ordinationem imminuens.

7.
Disserta-
tio de
causis va-
rietatis
in recen-
senda
successio-
ne Cleri,
Clemen-
tis, & A-
naclei
ad Ponti-
ficatum
Romanum

In epistola ejusdem Ignatii ad Mariam quamdam pietati deditam ac sanctam scripta, Anacleus apertè dicitur præcessisse Clementem in summo Pontificatu. Ibi enim ita scriptum est etiam in Codice Græco: *Cum Roma esses apud beatum Papam Anacleum, cui nunc successit beatissimus Clemens Petri & Pauli auditor, &c.* Sed fortasse nomina fuerunt olim transposita: ita ut loco Clementis positus sit Anacleus, & loco Anaclei Clemens. Atq; hinc factum esse reor, ut & Irenæus, & Eusebius Cæsariensis, & Nicephorus Callistus, & alii, in suis scriptis asserant Clementem successisse Anacleto. Nisi potiùs dicendum sit, ubi Anacleus præcedit Clementem, positum esse Anacleum pro Cleto. Cujus quidem Cleri nullam mentionem prædicti Scriptores facere videntur, quem tamen multi Historici post Linum ante Clementem administrasse Romanum Episcopatum dicunt, vivente adhuc beato Petro Apostolo. Iam si in Irenæo, Eusebio, & Nicephoro Cleto pro Anacleto intelligendus est, omnino Anacleus ab eis omissus erit. Verùm cum Summi Pontifices illis temporibus non admodum diu permitterentur vivere,

Iren. l. 3.
c. 3.
Euseb.
l. 3. c. 14
Niceph.
l. 2. c. 35.

sed citò propter fidem Christianam raperentur ad mortem atque martyrium: nihil mirum, si in eorum vel ordine enarrando, vel nominibus exprimendis error aliquis esse potuerit. Nicephorus secundo Historiæ suæ libro capite trigesimo quinto, indicare videtur, Linum & Anacleum administrasse episcopatum Romanum, cum Petrus Apostolus viveret. Dicit enim, ipsum Petrum claves Ecclesiæ primùm quidem Lino, deinde Anacleto, & post hos tertio (ad mortem vadens) sapientissimo Clementi commississe: additque postea hæc verba: *Ipse Clemens se à Petro in obitu ejus electum dicere, & à Petro secundum numerum videtur. Alexander quoque martyr, & quintus Pontifex Summus, in epistola sua ad omnes Orthodoxos, apertè dicit Clementem Petro successisse. Idè affirmant complures alii Pontifices in suis epistolis. Tertullianus etiam loquens de illis quos Apostoli constituerunt in Ecclesiis Episcopos, Smyrneorum, inquit, Ecclesia Polycarpum à Ioanne collocatum refert, & Romana Ecclesia Clementem à Petro ordinatum edit.* Hæc ille. Cum Nicephorus & alii dicant, Petrum post primum suum in urbem Romam adventum adhuc peregrinationes suscepisse, ac postremò Romam reversum esse, verisimile est, Linum & Cleto, absente Petro, Episcopatum Romanum administrasse. Sanè quòd Clemens Anacleum

In libro
Præscri-
ptionu.

Lib. 2.
c. 35.

in

Facula
Hæreticorum.

in Pontificatu præcesserit, ipse-
met Anaclerus in epistola ad Epi-
scopos & Sacerdotes omnes data
manifestissimè ostendit, uti supra
videre licet.

CAPUT VIII.

Ex scriptis complurium sanctorum
Pontificum.

1. Consecratio Basilicarum & altarium.
2. Primatu Ecclesie Romanae.
3. Missæ Sacrificium propitiatorum pro pec-
catis.
4. Benedictio aquæ, rerumq; aliarum vfi-
du hominum applicandarum.
5. Vasa sacra à sacro ministro tractanda.
6. Ieiunium Quadragesimæ. Hora celebra-
di Missæ.
7. Ligna Ecclesie profani usibus applicari
non possunt; Monasteriis possunt.
8. Pascha die Dominico celebrandum. Ro-
ma caput omnium Ecclesiarum.
9. Prædia Ecclesiastica à laicis non inua-
denda.
10. Velatio Virginum. Officium divinum
in nataliis Sanctorum.
11. Si stilla Sanguinis Domini de calice ce-
siderit, quid fiet.
12. Clericorum rasura, habi usq; à populari
distinctus.
13. Si Sacerdos non poterit inchoatum Sa-
crum explere, ab alio compleatur.

1. **E**VARISTUS Martyr præclarus
Anaclero in summo Pontifi-
catu successit. Hic decretum edi-
dit de consecratione Basilicarum
hisce verbis: *Omnes Basilica cum
Missâ semper debent consecrari; al-
taria vero placuit non solum unctio-
ne Chrismatæ, sed etiam sacerdo-
tali benedictione sacrari. Si verò al-
taria non fuerint lapidea, ad cele-
branda divina Officia non conse-
crantur. Hæc Evaristus. Hæreti-
ci moliantur quidem sanctas cõ-
secrationes ac reliquas traditio-
nes Apostolicas pioiq; ritus Ec-*

clesiasticos abrogare; sed frustra
in Dei Ecclesiam (quæ est firmis-
sima veritatis columna) effrenes
impetus faciunt.

Alexander Evaristi successor
& Martyr Christi invictus, in epi-
stola sua, quam scripsit ad omnes
Orthodoxos, ita de primatu &
auctoritate Romanæ Ecclesiæ lo-
quitur: *Relatum est ad huius sanctæ
& Apostolicæ Sedis apicem (cui sum-
marum dispositiones causarum &
omnium negotia Ecclesiarum ab ip-
so Domino tradita sunt, quasi capi-
ti; ipso dicente principi Apostolo-
rum Petro, Tu es Petrus, & super
hanc petram edificabo Ecclesiam
meam) quòd quidam emuli Christi,
eiusq; sanctæ Ecclesiæ insidiatores,
Sacerdotes Dei ad iudices publicos
accusare presumant, &c.*

In eadem epistola ipse Alexan-
der de Missæ Sacrificio disserit in
hunc modum: *In Sacramento-
rum oblationibus quæ inter Missæ
solemnia Domino offeruntur,
passio Domini miscenda est, ut eius
(cuius Corpus & Sanguis conficitur)
passio celebretur, ita ut repulsis opi-
nionibus superstitionum, panis tan-
tum & vinum aquâ permixtum, in
Sacrificio offeratur. Non debet e-
nim (ut à Patribus accepimus, &
ipsa ratio docet) in calice Domini
aut vinum solum, aut aqua sola of-
ferri, sed utrumq; permixtum; quia
utrumq; ex latere ejus in passione
sua profluxisse legitur. Ipsa verò
veritas nos instruit, calicem & pa-
nem in Sacramento offerre, quando
ait: *Accipit Iesus panem, & benedi-
xit,**

2. Tim. 8

2.
De pri-
matu Ro-
mani Põ-
tificis, ex
Alexan-
dro.

Matt. 16

3.
Missam
esse Sacri-
ficium
propitiato-
rium, ex
eodem.

Luc. 12.
1. Cor. 11
Matt. 26

Facula
Hæreti-
corum.

xii, deditq; discipulis suis, dicens: Accipite & manducate, hoc est enim Corpus meum quod pro vobis tradetur. Similiter postquam cenavit, accepit calicem, deditq; discipulis suis, dicens: Accipite, & bibite ex eo omnes, quia hic est calix sanguinis mei, qui pro vobis fundetur in remissionem peccatorum. Crimina enim atq; peccata, oblati his Domino Sacrificiis, delentur. Idcirco & passio eius in his commemoranda est qua redempti sumus, & sapius recitanda atq; hæc Domino offerenda. Talibus hostiis delectabitur & placabitur Dominus, & peccata dimittet ingentia. Nihil enim in Sacrificiis maius esse potest, quam Corpus & Sanguis Christi. Nec ulla oblatio hæc potior est: sed hæc omnes præcellit. Quæ purâ conscientia Domino offerenda est, & purâ mente sumenda, atq; ab omnibus veneranda.

4.
De Aqua
benedi-
ctæ idem
Alexan-
der scri-
bit.

Ceterum de benedictione & consecratione aquæ lustralis (quam profani hæretici nunc rilu & cachinnis prosequuntur) idem beatissimus Alexander eodem loco verba ista mox subiungit: Aquam sale conspersam, post utris benedicimus, ut eâ cuncti aspersi sanctificentur ac purificentur, quod & omnibus Sacerdotibus faciendum esse mandamus. Nam si cinis vitule aspersus sanguine populum sanctificabat ac mundabat, multo magis aqua sale aspersa, divinisq; precibus sacrata, populum sanctificat atque mundat & expurgat, & cetera bona multiplicat, & insidias diaboli avertit, & à

* Alii
legunt
phantas-
maticu
versutiu
Matt. 19

sutis homines defendit. Nam si tactu fimbriæ vestimenti Salvatoris saluatos esse nos dubitamus, quanto magis virtute sacrorum eius verborum divinities sacrantur elementa, quibus sanitatem corporis & animæ humana percipit fragilitas? His ergo & alius instructi documentis, vota singulorum Domini Sacerdotes respicite, & in virtute Spiritus sancti, divinis precibus per ministerium vobis divinitus collatum, perficere curate. Elementa quoque, tam ea quæ prediximus, quam cetera divinis apta usibus, & humanis necessaria infirmitatibus, sacrare.

Xystus Martyr venerabilis, qui post Alexandrum functionem Pontificiam suscepit, in secunda epistola sua scribit de vasis sacris hoc modo: Cognoscat vestra sapientia, charissimi fratres, quia in hac sancta Sede Apostolica à nobis & reliquis Episcopis, ceterisque Domini Sacerdotibus statutum est, ut sacra vasa non ab aliis, quam à sacris Dominoq; dicatis contrectentur hominibus. Indignum enim valde est, ut sacra Domini vasa quacunque sint, humanis usibus serviant, aut ab aliis quam à Domino famulantibus, eiq; dicatis tractentur viris. Hæc ibi. Quam iuste de sacris vasis istud fuerit statutum, indicat nobis religio quæ circa talia etiam in veteri Lege servabatur. Certè Baltassar Rex Babylonis, cum vasis cultui veri Dei consecratis, in profano convivio usus fuisset, divinam ultionem repente sensit, ut in Daniele habetur. In fine illius

5.
De sacro
vasis re-
verentier
tractan-
du Xystus
sententi-
am dicit.

Dan. 5.

Facula
Hæretico-
rum.

lius epistolæ Xystus ait: Nos fra-
tres, nullum perdere volumus, sed
ipse se perdit, qui piè considerata
averit, & qui Apostolorum & huius
sanctæ Sedis decreta libenter violat.

6.

De Qua-
dragesi-
ma ex
Telepho-
ro.

Telephorus Xysti successor &
Martyr gloriosus, in epistola sua
differit de jejunio ante Pascha,
deq; celebratione Missarum, hunc
in modum: Credimus, sanctam fi-
dem vestram in Apostolorum erudi-
tione fundatam, hanc tenere, &
hanc populis universis exponere,
quæ videlicet à constitutis Apostolo-
rum eorumq; successorum nulla ra-
tione dissentit, per quos justum est ce-
teros erudiri. Quapropter cognosci-
te à nobis, & à cunctis Episcopis in
hac sancta & Apostolica Sede con-
gregatis statutum esse, ut septem
hebdomadas plenas ante sanctum
Pascha, omnes Clerici in sortem Do-
mini vocati, à carne jejurent. Et
paulò post: Has ergo septem hebdo-
madas omnes Clerici à carne & de-
liciis jejurent, & hymnis & vigiliis
atque orationibus Domino inharere
die noctuq; studeant. Nocte vero san-
ctâ Nativitatis Domini Salvatoris
Missas celebrent, & Hymnum An-
gelicum in eis solemniter decantent,
quoniam in eadem nocte ab Angelo
pastoribus nuntiatus est. Et infra:
Reliquis temporibus Missarum ce-
lebrationes ante horam diei tertiam
minimè sunt celebranda, cum & eâ-
dem horâ Dominus crucifixus sit, &
super Apostolos Spiritus sanctus des-
cendisse legatur. Ab Episcopis au-
tem idem Angelicus Hymnus pro
tempore & loco in Missarum solem-

nis celebrandus est, atq; solemniter
recitandus. Moxq; addit Telepho-
rus: Ipsi qui proprio ore Corpus
Domini conficiunt, ab omnibus sunt
audiendi.

Hyginus Martyr Telephoro 7.
successit. Is promulgavit decre-
tū hujusmodi: Omnes Basilica cum
Missâ debent semper consecrari, &
Ecclesia destruita. Ligna Ecclesie
dedicata non debent ad aliud corpus
jungi, nisi ad aliam Ecclesiam, vel
igni sunt comburenda, vel ad pro-
fectum in Monasterio fratribus.
In Laicorum vero opera non debent
admitti. Ex his Hygini verbis
constat, fuisse tunc Monasteria.

7.

Res Ec-
clesia
cum
profanis
& usibus ap-
plicari
non de-
bent, re-
ste Hygi-
na.

Pius Martyr post Hyginum Ro-
manam Ecclesiam rexit. Hic in
Epistola ad universos Christi fi-
deles scriptâ, loquitur de solem-
nitate Paschæ, & capite Ecclesiæ
hoc modo: Nosse vos volumus, quod
Pascha die Dominicâ annuis solem-
nitatibus celebrandum. Istis enim
temporibus Hermas Doctor fidei &
Scripturarum effulsit inter nos. Et
licet nos idem Pascha prædictâ die
celebremus, quia tamen quidam in-
de dubitaverunt, ad corroborandas
animas eorum, eidem Herma Ange-
lus Domini in habitu pastoris appa-
ruit, & præcepit ei, ut Pascha die
Dominico ab omnibus celebraretur.
Unde & nos Apostolicâ auctoritate
instruimus omnes eadem servare
debere, qui nos eadem servamus: nec
debetis à capite quoquo modo dissi-
dere. Et paulò post: Christus est
caput omnis principatus & potesta-
tis: qui & hanc sanctam Sedem A-

8.

Pistum
Pascha-
tū in Do-
minica
& non
in die ple-
nilunii
celebran-
dum, ex
Pio.

Herma
visio.

Papa Ro-
manus ca-
pit Ec-
clesia.

L I I I

post-

Facula
Hæreti-
corum.
Matt.
16.

postolicam omnium Ecclesiarum ca-
put esse præcepit, ipso dicente princi-
pi Apostolorum Petro: Tu es Petrus,
& super hanc petram aedificabo Ec-
clesiam meam, &c.

9.

De præ-
diis Ec-
clesiæ nō
alienan-
du, ex
eodem
Pio.

Et in Epistola ad Italos data,
datâ, ipse Pius de prædiis Eccle-
siasticis, quæ plerisque in locis
nunc hæretici diripiunt, scribit
ita: Prædia divinæ usibus tradita,
quidam humanis applicant usibus,
& Domino Deo (cui tradita sunt)
ea subtrahunt, ut suis usibus inser-
viant. Quapropter ab omnibus il-
lius usurpationis contumelia depel-
lenda est, ne prædia usibus secreto-
rum celestium dicata, à quibusdam
irruentibus vexentur. Quod si qui-
piam præsumpserit, sacrilegus ha-
beatur, & sicut sacrilegus iudicetur.

Ecclesiæ
in Sacer-
dotibus
consistit,
à quibus
& eorum
honu in-
vadendu
caven-
dum.

Ipsos autem qui hoc agunt, Clericos
& Domini sacerdotes persequi, eos-
que infamare audivimus, ut ma-
lum super malum addant, &
deteriores fiant: non intelligentes
quod Ecclesia Domini in Sacerdoti-
bus consistit, & crescit in templum
Dei. Et sicut qui Ecclesiam Dei va-
stiat, & eius prædia & donaria expo-
liat & invadit, sit sacrilegus: sic &
ille qui eius Sacerdotes insequitur,
sacrilegii reus existit, & sacrilegus
iudicatur.

10.

De San-
ctimoni-
alium ve-
lo sacro,
scilicet eo-
dem Pio.

Idem Pius de velatione sive
consecratione virginum ait: Vir-
gines nō velentur ante viginti quin-
que annos ætatis, nisi forte necessita-
te periclitantes pudicitia virgini-
lis. Et non sunt consecrande nisi in
Epiphania, & in albis Pasche, & in
Apostolorum Natalibus, nisi causa

mortis urgente. Hæretici tempo-
ris nostri, qui nullum festum præ-
ter diem Dominicam servare vo-
lunt, advertant hic exprimi etiam
Epiphaniam, & Natalitia Apo-
stolorum. Certè sanctus Fabia-
nus, Undecimus ab isto Pio Pon-
tifex Summus, & Martyr præcla-
rus, in initio primæ epistolæ suæ
sic scribit: Septem Diaconos in urbe
Romana per septem regiones civi-
tatis, sicut à Patribus accepimus,
habemus; qui per singulas hebdoma-
das & Dominicos dies, atq; festivi-
tatum solemnias cum Subdiaconibus,
& Acolythis, ac sequacium ordinum
ministris, nunctis sibi observant mi-
nistria, & parati omnia hæc sunt ad
divinum Officium peragendum.

Etiam de Sanguine Domini

Pius hoc decretum nobis reliquit:
Si per negligentiam aliquid de San-
guine Domini stillaverit in terram,
lingua lambatur, tabula radatur. Si
non fuerit tabula, ut non conculca-
tur, locus * corrodatur, & igne con-
sumatur, & cinis intra altare re-
condatur. Si super altare stillave-
rit calix, sorbeat minister stillam: &
lintheamina que stilla tetigerit, tri-
bus vicibus minister abluat, calice
subterposito, & aqua ablutionis su-
matur, & iuxta altare recondatur.

Anicetus Martyr post Pium
Ecclesiæ Dei præfuit: sub quo
beatus Polycarpus adhuc super-
stes Romam venit (ut Irenæus,
Eusebius atque Nicephorus refe-
runt) propter quæstionem quæ de
Paschate inciderat. Hic Anice-
tus in epistola, quam ad Galliæ
Epi-

Festi dñi
Sancto-
rum, ex
Fabiano

11.
Pius dor-
cet quid
agitur,
si eccle-
ria stilla
de sacro
Calice.
* Aliter
corradat-
ur.

12.
De habi-
tu & ra-
tura Cle-
ricorum
dicit non
Anicetus

CAPUT IX.

Ex scriptis sanctorum Irenai, Iustini, & Hippolyti in primitiva Ecclesia.

1. Clarissima doctrina Irenai de Sacrificiis
Missæ.
2. Et de primatu Ecclesie Romana.
3. Item de observandis traditionibus.
4. Sancti Iustini locus de libero arbitrio.
5. De jejuniis pro remissione peccatorum.
6. De ritu Missæ, & de transsubstantiatione.
7. Sancti Hippolyti predictio de temporibus Lutheranorum.
8. De Missa, Monachatu, Virginitate.

CUM Soter vitâ defunctus esset, beatus Eleutherus Ecclesiam regendam suscepit. Irenæus autem Martyr clarissimus, sancti Polycarpi quondam auditor, vixit sub Aniceto & Sotere atq; etiam Eleuthero Pontificibus. Nam quod suo tempore Eleutherus fuerit Pontifex, ipse indicat tertio Adversus hæreses libro, ubi recenset ex ordine Pontifices Romanos. Ita enim scribit: Cum Aniceto successisset Soter, nunc duodecimo ab Apostolis loco Episcopatum habet Eleutherus. Hic igitur Irenæus quarto libro Adversus hæreses loquitur de Eucharistiæ oblatione in hunc modum: Dominus discipulis suis dans consilium primitias Deo offerre ex suis creaturis, non quasi indigenti, sed ut ipsi nec instructi, nec ingrati sint, eum, qui ex substantia panis est, accepit, & gratias egit, dicens: Hoc est Corpus meum: & calicem similiter, qui est ex ea creatura que secundum nos est, suum Sanguinem confessus est.

LIII 2

&

Facula Hæreticorum. Episcopus scripsit, ita de comâ Clericorum loquitur: Prohibete, fratres, per universas regionum vestrarum Ecclesias, & curate, ut Clerici (qui laicis & simplicibus, virtutis, honestatis, pudicitie & gravitatis exemplar esse debent, ac se ipsos tanquam signum purioris vite, rudioribus ad imitationem prudenter exhibere) iuxta Apostolum, comam non nutriant, sed desuper caput in modum sphere radant; quia sicut discreti debent esse in conversatione, ita & in consuetudine & omni habitu discreti debent apparere.

13. Soter Martyr Aniceto in administratione sanctæ Ecclesie successit. Is de Missæ Sacrificio sic constituit: Censuimus convenire, ut cum à Sacerdotibus Missarum tempore sacra Mystera consecrantur, si aegritudinis accidat quilibet eventus, quo coeptum nequeat expleri mysterium, sit liberum Episcopo, vel Presbytero, ut consecrationem expleat officii coepti. Et infra, Nullus, inquit, post cibum potumq; sive quodlibet minimum sumptum Missas facere, nullusq; absq; patetis molestia proventu minister vel Sacerdos, cum coeperit, imperfecta officia presumat omninò relinquere.

† Id est segregati à laicis Clerici debeant habere signa à laicis distinctiva.

* * * *

Facula
Hæresi-
eorum.

& novi Testamenti novam docuit oblationem, quam Ecclesia ab Apostolis accipiens, in universo mundo offert Deo. De quo in duodecim Prophetis Malachias sic præsignavit:

Malach.
2.

Non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus omnipotens, & sacrificium non accipiam de manibus vestris: quoniam ab ortu solis usque ad occasum nomen meum glorificatur inter gentes, & in omni loco incensum offertur nomini meo, & sacrificium

Cap. 34.

purum. Et paulò post addit Irenæus: Ecclesia oblatio, quam Dominus docuit offerri in universo mundo, purum sacrificium reputatum est apud Deum, & acceptum est ei. Hæretici, qui blasphemias in novam novi Testamenti oblationem, hoc est, in Eucharistiæ Missæque Sacrificium impio ore evomunt, & negant Christum illam oblationem instituisse ac docuisse, expendant diligenter prædicta Irenæi verba: expendant item verba Martialis quæ supra citavimus, & verba tertii Canonis Apostolici. Certum planè est, Apostolos à Christo didicisse, & Ecclesiam ab Apostolis accepisse præcellentissimam istam novæ Legis oblationem. Ceterùm post initium libri quinti Irenæus ait: Quando & mixtus calix & fractus panis percipit verbum Dei, fit Eucharistia

2. Sanguinis & Corporis Christi.

Ecclesia
Romana
à Petro
& Paulo
fundata,
ut Irenæus
docet.
Cap. 5.

Libro tertio ipse idem Irenæus magnificè Ecclesiam Romanam commendat, scribens ita: Maxima & antiquissima & omnibus cognita à gloriosissimis duobus Aposto-

lis Petro & Paulo Roma fundata & constituta Ecclesie traditionem, quæ habet ab Apostolis, & annuntiatam hominibus fidem per successiones Episcoporum pervenientem usque ad nos indicantes: confundimus omnes eos qui quoquo modo vel per sui complacentiam pravam, vel per vanam gloriã, vel per cecitatem & malam sententiam, aliter quàm oportet colligunt. Ad hanc enim Ecclesiam propter potentiores principalitatem necesse est omnem convenire Ecclesiam, hoc est, eos qui sunt ubique fideles: in qua semper conservata est ea quæ est ab Apostolis traditio.

Et paulò post, enumeratis Põniticibus Romanis, ait Irenæus: Hac ordinatione & successione, ea quæ est ab Apostolis in Ecclesia traditio pervenit usque ad nos. Et est plenissima hæc ostensio, unã & eandem vivificatricem fidem esse quæ in Ecclesia ab Apostolis usque nunc sit conservata & tradita in veritate. Et Polycarpus non solum ab Apostolis edoctus & conversatus cum multis ex his qui Dominum nostrum viderunt, sed etiam ab Apostolis in Asia, in ea, quæ est Smyrnis, Ecclesia constitutus Episcopus, quem & nos vidimus in prima nostra ætate (multum enim perseveravit, & valdè senex gloriosissimè & nobilissimè martyrium faciens, exivit de hac vita.) Hic docuit semper quæ ab Apostolis didicerat, quæ & Ecclesia tradidit, & ea sola sunt vera. ut postea Irenæus scribit ita: Non oportet querere apud alios veritatem, quam facile est ab Ecclesia sumere: cum Aposto

Caput off
omnium
Ecclesia-
rum Ro-
mana.

3.
Cap. 3.
Successio
Pontifi-
cum &
traditio
Ecclesia-
rum est
Irenæo
certissima
veritatis
nota in
re fidei,
contra
Nativitas
nec super-
nata.

Ecclesia
reposita
veritatem
loann. 10

Facula *li quasi in depositarium dives plenif-*
simè in eam contulerint omnia, qua
sunt veritatis; ut omnis quicumque
velit, sumat ex ea porum vite. Hec
enim est vita introitus: omnes reliqui
fores sunt & latrones. Propter quod
oportet devitare quidem illos; qua
autem sunt Ecclesia, cum magnâ
diligentia diligere, & traditionem
veritatis apprehendere. Quid enim?
Si de aliqua modica quaestione disce-
ptatio esset, nonne oportet in anti-
quissimas recurrere Ecclesias, in
quibus Apostoli conversati sunt, &
ab eis de praesenti quaestione sumere
quod certum & liquidum est? Quid
autem si neq; Apostoli quidem Scri-
pturas reliquissent nobis, nonne oportet
ordinem sequi traditionis qua
tradiderunt his quibus commite-
bant Ecclesias? Notent hæc hæ-
retici, qui Apostolorum sancto-
rumque Patrum traditiones con-
temnunt, & nihil esse certæ fidei
dicunt, nisi sit expressè positum in
Canonicis Scripturis.

4. *Iustinus Philosophus & Martyr*
floruit non multò ante Irenæum.
Is in secunda Apologia sua pro
Christianis, de libertate arbitrii,
quam homini inesse plerique hæ-
retici modò impudentissimè ne-
gant, sic loquitur: Pœnas & præ-
mia pro dignitate operum cuiq; red-
di, verum est & comperit ex Pro-
phetarum oraculis. Alioquin si fato
regerentur omnia, nihil omnino re-
lictum esset in nostra potestate. Nam
si fatali lege alius bonus esset, alius
malus, nec laudem ille, nec hic me-
reretur vituperium. Et nisi homines
arbitrio possint turpia fugere, hunc

sta sectari, extra culpam erunt quid-
quid etiam agant. Et paulò post:
Hominem, inquit, longè aliâ condi-
tione creavit Deus, quam quadrupe-
des discernendi eligendiq; faculta-
te carentes. Alioquin nullam lau-
dem mereri potuisset, si non sponte
virtutem prætulisset vitio; neque si
malus fuisset, pœnam merebatur.
Didicimus autem hæc à sancto pro-
phético spiritu, quo afflatus Moyses
narrat DEUM sic locutum homi-
*ni recens à se factò: * Ecce ante*
*faciem tuam bonum & malum: * Hæc*
tu bonum eligito. Item Isaias alius
Propheta ex persona Patris Domi-
niq; omnium Dei, sic loquitur: La-
vamini, mundi estote, auferite mali-
tias ab animabus vestris; discite bo-
num facere. Si volueritis, & meam
vocè audieritis, bona terra comedetis
quòd si non audieritis, devorabit vos
gladius, nã os Dni locutum est. Quod
autem dicit, Devorabit vos gladius,
non cadem minatur contumacibus;
sed DEI gladius est ignis, cuius
pabulum sunt malorum operum pa-
tratores. Hæc ibi. Profectò hæ-
resis illa, qua homines insani im-
pugnant libertatem arbitrii nobis
a Deo præstitam, & vitam no-
stram omnem coactam esse di-
cunt, perniciosissima est: cum sit
totius impietatis atque iniquita-
tis fomentum. In libro Iesu filii
Sirach, hoc est, in Ecclesiastico
(quem heretici quidem rejiciunt,
sed Ecclesia Dei inter Scripturas
Canonicas nunc numerat) legun-
tur hæc verba: Deus ab initio con-
stituit hominem, & reliquit illum in
Eccli. 15
manu

Facula
Harceti-
corum.

manu consilii sui. Adiecit manda-
ta & precepta sua: si volueris man-
data servare, conservabunt te. Ap-
posuit tibi aquam & ignem: ad quod
volueris, porrige manum tuam. An-
te hominem vita & mors, bonum &
malum: quod placueris ei, dabitur
illi.

5.
Jejunia
satisfac-
toria pro
peccatis
agnoscit
Iustinus.

In illa eadem Apologia de pre-
cibus & jejniis quæ ante Bap-
tismum peragi solebant, Iustinus
scribit ita: Quotquot persuasi cre-
dunt hæc, quæ docemus, vera esse, &
ad eum modum vivere pollicentur;
ante omnia discunt precibus & ieiun-
niis petere à Deo præteritorum pec-
catorum veniam, nobis una preces
ieiuniaq; iungentibus. Deinde ad
aquam a nobis ducuntur, & renas-
cuntur modo renascendi quo & nos
renati sumus. Nam in nomine Pa-
tris omnium, Dominiq; Dei & Sal-
vatoris nostri Iesu Christi, & Spiri-
tus sancti, in aqua tunc lavantur.
Dixit enim ipse Christus: Nisi rena-
ti fueritis, non intrabitis in regnum
Cælorum.

Ioan. 3.

6.
Cœventu
fidelium
ad Missã
audiend-
am, ex
codem.
Observã-
di ritus
Missæ, ex
Iustino,
quales
nunc fe-
re in usu.

In fine ejusdem Apologiæ Iu-
stinus de ritu Missæ scribit hæc
verba: Omnes qui in oppidis vel a-
gris commorantur, unum in locum
conveniunt, Commentariaq; Apo-
stolorum vel Prophetarum scripta
leguntur, quamdiu res patitur. De-
inde ubi is qui legit destitit, is qui
præst admonet & hortatur, ut ea
quæ lecta sunt bona imitemur. Tum
surgimus omnes, & comprecamur,
conclusisq; precibus nostris, panis vi-
numq; & aqua afferuntur: tumq; is
qui primum locum tenet, preces gra-

tiarumq; actionem pro virili mittit,
populusq; acclamat dicens, Amen;
& iis quæ cum gratiarum actione
consecrata sunt, unusquisq; partici-
par. Ac paulò supra: Cibus ille vo-
catur à nobis Eucharistia: cuius par-
ticipium nulli omnino fas est per-
mittere, nisi credenti doctrinam no-
stram veram esse, & iam lavacro re-
generationis in remissionem pecca-
torum loto: & ita vescitur, ut Chri-
stus tradidit. Non enim ut quemvis
panem, neq; ut quemvis potum ista
accipimus: sed quemadmodum per
verbum Dei incarnatus est IESUS
Christus Salvator noster, & carnem
& sanguinem pro nostra salute as-
sumpsit, ita quoq; per preces verbi
illius, cibum, ex quo sanguis & caro
nostra per imitationem aluntur, cum
benedictus fuerit, ipsius IESU Chri-
sti incarnati Carnem & Sanguinem
didicimus esse. Apostoli enim in suis
Commentariis, quæ Evangelia vo-
cantur, ita tradiderunt sibi manda-
tum esse, IESUM, cum sumpisset
panem, & gratias egisset, dixisse,
Hoc facite in meam commemoratio-
nem, Hoc est Corpus meum: atq; ite-
dem cum calicem sumpisset, actis
gratiis dixisse, Hic est Sanguis meus.
Hæc Iustinus.

Trans-
substan-
tiationis
myste-
rium.

Matt. 26
Mar. 14
Luc. 22

Hippolytus Martyr non multis
annis Irenæo posterior fuit. Hic
in Oratione quam de Consum-
matione mundi & Antichristo e-
didit, loquitur hunc in modum:
Templa divina domorum instar e-
runt: locis omnibus everiones fiunt
Ecclesiarum. Et paulò post: Tunc
exurgent falsi Prophetae, falsiq; A-

7.
S. Hippo-
lyti viti-
cinium
de peridi-
tu Lucis
vi tempo-
ribus

po

Facula
Hæreti-
socum-
postoli, homines impostores. Pasto-
res sicut quasi lupi, Monachi expe-
tent que sunt mundi, &c. Ex his
quoque verbis beati Hippolyti
cognoscant huius temporis hære-
tici, Monachatum esse antiquissi-
mum. In eadem Oratione Hip-
polytus scribit ita: Lugebunt Ec-
clesia luctum magnum: quia nec ob-
latione nec iussibus fiet, nec cultus Deo
gratus: sed Ecclesiarum edes sacra-
mentum instar erunt, pretiosumq;
Corpus & Sanguis Christi non extra-
bit in diebus illis. Liturgia extin-
guetur, Psalmorum decantatio ces-
sabit. Notandum est, quod glo-
riosus Martyr hic dicit de pretio-
so Corpore & Sanguine Domini
Iesu, & de Liturgia sive Missa. Nā
si tempore Antichristi Liturgia
abolebitur, profecto præcursores
Antichristi sunt, qui modò eam
moliuntur abrogare.

8.
Ejusdem
de Missa,
Monacha-
tu, &
virgini-
tate ju-
dicium.
Et infra Hippolytus inducit
Dominum, invitantem Sanctos
cujuscunque ordinis ad possiden-
dum regnum cæleste, atque inter
alia dicentem: Venite Pontifices,
qui purè mihi Sacrificium die no-
teq; obrulistis, ac pretiosum Corpus
& Sanguinem meum immolastis
quotidie. Venite Sancti, in monti-
bus, in speluncis & cavernis terre
exercuistis vos, qui per continentiam,
preces, & virginitatem servistis no-
mini meo. Venite adolescentula,
que thalamum meum exoptastis, nec
præter me sponsum alium dilexistis,
que per martyrium & pietatis exer-
citationem mihi immortalitatiq; in-
corruptibili sponso copulata estis, &c.

Quid dicitis ad ista, ô hæretici
cæci atque miserimi? Sed redite
ad cor, redite; atque Ecclesiæ Dei
vos tandem aliquando reddite.

CAPUT X.

Conclusio Facula per argumenta
generalia controversiarum
Fidei,

1. Eadem est fides Ecclesiæ Romanae hodiernæ, quæ fuit primitiva: sine qua nullus salvabitur; in qua fuerunt omnes Patres & Doctores antiqui.
2. Hæretici non habent pro se Scripturam, sed prævum Scripturæ sensum ab ipsismet confectum: rectum enim sensum Scripturæ, a sola Ecclesiæ accipiunt.
3. Exemplarū probatio, quod Scripturæ sint hæreticæ in laqueum, circa traditiones, jejunia, & alia, tam olim quam modernis temporibus.
4. Multa rectè docet & præcipit Ecclesiæ, quæ non sunt in Scripturis expressa: sunt tamen illi consentanea.
5. Sufficiunt Scripturæ ad salutem; quia præcipua quedam continent, & reliqua ab Ecclesiæ accipienda ostendunt.
6. Quam sit absurdum, præferre opinionem Novatorum eufforitati Patrum antiquissimorum.
7. Propter aliquorum vitia non debemus discedere ab Ecclesiæ gremio.
8. Oratio pro seductis.

Ex his quæ hætenus in me-
dium protulimus, satis li-
quet, sanctos Patres in primitiva
Ecclesiæ eandem tenuisse fidem
quam modò in Ecclesiæ Catholi-
ca tenemus, & idem sensisse de
Deo rebusque Divinis atque Ec-
clesiasticis, quod nunc sentimus.
Quod cum ita sit, perpendant illi,
qui aliam fidem & doctrinam pro-
fiterentur, quam à veritate aberrent,
quamque malè sacras Litteras in-
telligant. Non est quòd sibi blan-
diantur, putantes se esse Eccle-
siam, vel in Ecclesiæ Dei. Non
sunt

1.
Hodie
eadem
per om-
nia cre-
dit Eccle-
sia Roma-
na, quæ
primiti-
va tradi-
dit & cre-
didit.

Facula
Hæreti-
corum.

sunt in Ecclesia. Si enim in ea essent, non diffident tam arroganter in fide & doctrina à sanctissimis Martyribus & Patribus, qui præclarissima Ecclesiæ membra sunt. Nos quidem potuissimus adhuc alia non pauca ex scriptis antiquorum Patrum adducere: sed ista sufficere iudicamus, ad revocandum saltem aliquos ex discipulis Sectariorum hujus nostræ tempestatis ad matrem Ecclesiam Apostolicam: nisi ipsi pervicaci animo in hæresi vel schismate permanere, ac seipso spon te in gehennam præcipitare velint. Neesse enim est eos omnes in æternum inferni ignem corrue re, qui opinionem aliquam Eccle siæ Catholicæ contrariam super bā obtinatione retinent, atque ita ab Ecclesiæ unitate separati moriuntur, quamlibet etiam ju stè alioqui vivere videantur. Si qui hæretici plura cupiunt cog noscere quàm adnotauimus, le gant ex integro libros eorum Au ctorum qui à nobis citati sunt, itemque sacra Concilia quæ le gitimè congregata ac celebrata fuerunt in ecclesia: legant Epi scolas sanctorum Sacerdotum qui post Soterem sibi invicem in sum mo Pontificatu successerunt: le gant lucubrationes Cypriani, A thanasii, Basilii, Gregorii Nazian zeni, Gregorii Nysseni, Ioannis Chrysostomi, Hieronymi, Am brolii, Augustini, Leonis, Grego rii Romani, Bernardi, & aliorum Orthodoxorum Scriptorum, quo-

*Verba
Ecclesiæ
veram
hodie-
nam, ne-
mo potest
saluari.*

*Omnes
omnino
Patres in
hac eadē
Ecclesia
& fide
fuerunt
per annos
mille
quingen-
tos & am-
plius.*

rum doctrina mirificè illustræ Ecclesiam Dei: ex his enim ple nissimè discant, quid credere, & quomodo divinas Scripturas in telligere debeant. In libris etiam Tertulliani, qui temporibus Apo stolorum vicinus fuit, & statim post Irenæum vixit, inveniunt non pauca de ritibus Baptismi, de sacra Unctione, de manuum im positione, de reverentia Sacerdo tibus exhibendâ, de felici Eccle sia Romana, in quam Apostoli Petrus & Paulus unâ cum sangui ne omnem doctrinam suam pro fuderunt, de exomologesi sive confessione delictorum, de pœni tentiæ labore, de jejuniis, de ve ro Corpore & Sanguine Christi in Eucharistia, de oratione quæ fit pro fidelibus defunctis, de sig naculo Crucis quod ferè ubique exprimimus, de variis traditio nibus non scriptis, &c. In libris quoque Clementis Alexandrini, qui non multò post Tertullianum floruit, & in lucubrationibus Origenis discipuli ejus, plurima inveniunt adversus hæreses hu jus temporis.

At videmus nunc multos hæ reticos eò vesaniæ processisse, ut nihil pro firmo & rato recipere velint, nisi sit expressè adnota tum in Scripturis Canonicis, quas tamen Scripturas perperam intel ligunt atque interpretantur. Quòd si Catholicus quispiam eis verba ipsarum divinarum Scriptura rum proponat, mox verò illarum sensu (quem sancti Martyres & Ortho-

2.
*Sensum
Scriptu-
ra à se
confitit,
pro ipsa
Scriptu-
ra am-
plexan-
tur hær-
etici.*

Facula Hæreticorum. Orthodoxi Patres approbant) repudiato, pravum sensum à se confictum obijciunt, eumque pertinacissimè defendunt. Deus enim ita condidit Scripturas sacras, ut superbis hæreticis, qui intellectum suum iudicio Ecclesiæ Apostolicæ submittere nolunt, sint in laqueum. Unde Psalmista de eis loquens ait: *Pluet super peccatores laqueos: ignis, & sulphur, & spiritus procellarum pars calicis eorum.* Jactant verò sese, & gloriantur vanissimè. Nos, inquit, purum Dei verbum amplectimur, nos intra limites verbi Dei consistimus, nos verbum Dei & Evangelium Christi sincerè annuntiamus. Putant id solum esse verbum Dei, quod sacris Litteris comprehensum est: sed falluntur omnino. Nam verbum Dei est, quidquid loquitur Deus, sive id scriptum sit, sive non scriptum. Cùm Deus loqueretur primo parenti nostro Adæ, cùm loqueretur Noë & Abrahamæ, nondum quidquam de veteri Testamento scriptum erat, & jam à Patribus illis verbum DEI audiebatur. Cùm etiam Simeon Iustus responsum accepisset à Spiritu sancto, se non visurum mortem nisi priùs videret Christum Domini, verbum Dei audierat quod scriptum non erat. Si hodie quoque DEUS alicui sancto homini per revelationem *verbum absconditum & venas arcani susurrii* sui aperiret, hujusmodi homo verbum Dei proculdubidò susciperet, etiamsi illud nusquam in divinis

Litteris expressum esset. Et cùm Apostoli statim post descensum Spiritus sancti verbum Dei veritatemque Evangelicam prædicarent, necdum Evangelium erat conscriptum. Quid? Num idèd tunc non fuit adhibenda fides Ecclesiæ, quia quod ipsa per Apostolos prædicabat, non erat in divinis Litteras relatum? Certè auctoritas ipsius Ecclesiæ non pendet ex Scripturis. Imò verò Scripturas non sciremus esse divinas, nec eas pro divinis haberemus, nisi Ecclesia illas pro talibus habendas esse decerneret. Hæc illuminatur & regitur à Spiritu sancto, qui ei docenti adest, sicut Prophetis & Evangelistis scribentibus adfuit. Atque ob id beatus Paulus eam appellat columnam & firmamentum veritatis: nam in his quæ ad fidem & bonos mores pertinent errare nescit. Vox illius, vox Christi est: quia illa corpus, iste caput est. Qui illam audit, Christum audit: & qui illam audire non vult, Christum quoque audire recusat. Itaque ea quæ docet aut præcipit Ecclesia, nos pro verbo DEI habere promptèque suscipere debemus: neque necesse est ut illa aliquo expresso Scripturarum testimonio comprobentur. Penes Ecclesiam jus est pronuntiandi nõ solum quænam Scripturæ pro Canonicis habendæ sint, verùm etiam quo sensu intelligi debeant. Nam nisi hanc auctoritatem obtineret Ecclesia, leves & maligni quique homines

M m m m abjice-

Verbum Dei, ejus que vera intelligentia, à sola Ecclesia accipitur

1. Tim. 3

Luc. 10

Alioquin nihil esset certi in doctrina fidei.

Esq; hæc hæreticorum causa & prædicationu.

Mal. 10.

Verbum Dei non est sola scriptura, sed etiam traditio non scripta; cum ante Moysen tempora nulla scriptura nota fuerit.

Job. 4.

Facula
Hæreti-
corum.

abjicerent è Canone quas vellent
divinarum Scripturarum partes,
& eas pro suo arbitrio absurdis
expositionibus depravarent. Iste
sic, ille aliter, rursusque alius ali-
ter contra veritatem eas intelli-
gere vellet: atque hinc innumeræ
hæreses emergerent, nihilque cer-
tum esset apud Christianos.

3.
Scriptu-
ra sunt
hæreticū
in laque-
um posi-
ta ;
Ioan. 14

Diximus, ipsas divinas Litte-
ras hæreticis esse in laqueum : &
profectò ita est. Nam Arrius hæ-
reticus audiens Christum in ev-
angelio dicentem, *Pater major me*
est, illaqueatus asseruit, Filium
Dei non esse Patri consubstantia-
lem & æqualem. Eidem impurus
Helvidius legens in Matthæo ev-
angelista hæc verba de Ioseph &
Maria Matre Domini, *Non cognos-*
cebat eam, donec peperit filium suum
primogenitum, laqueo irretitus di-
xit, Mariam non permanisse vir-
ginem. Similiter hæretici hujus
tempestatis ubique in Scripturis

sum ve-
scribim:
Matt. 13

involvuntur laqueis. Et ut, ex-
empli gratia, hic aliquid proferam-
us, miserè admodum illaquean-
tur istis Christi verbis : *Quare*
transgredimini mandatum Dei pro-
pter traditionem vestram ? Hypo-
crita, benè prophetavit de vobis Isa-

circu do-
ctrinam
traditio-
num ;

ias, dicens: Populus hic labiis me ho-
norat, cor autem eorum longè est à
me: sine causa autem colunt me,
docentes doctrinas & mandata ho-
minum. Licet enim Dominus Ie-
sus non reprehendat pias Aposto-
lorum aliorumque Patrum tradi-
tiones, sed eas traditiones, quæ
ad cultum honoremque divinum

nihil conducunt, & legi Dei ad-
versantur: superbi tamen hæreti-
ci, arreptâ hinc occasione, æquissi-
ma ecclesiæ decreta, si in Scriptu-
ris Canonicis expressa non inve-
nerint, tanquam superfluas vanas-
que hominum traditiones res-
puunt. Et quia legunt in Evan-
gelio, Christum illud quoque di-
xisse, *Non quod in os intrat coin-*
quinat hominem; irrident quid-
quid de jejuniis & abstinentia à
quibusdam cibis ecclesia à Deo
illuminata statuit. Nolunt ad-
stringi ad jejunandum certis die-
bus: & sancto præcepto contem-
pto, vescuntur carnibus pro sua
libidine, etiam in sacra Quadra-
gesima. Ad hunc modum verbis
evangelicis illaqueati, ethnicè
magis quam Christianè vivunt.
Nos autem non cibi genus, sed
inobedientiæ scelus polluit. Nā
bonus est cibus quem creavit
Deus: sed si vetitus fuerit, jam
non sumitur sine culpa: sicuti bo-
nus erat fructus quem in Paradi-
so prohibuerat Deus, ex eo ta-
men non sine gravi peccato Adam
comedit.

Certum verò est, eum qui ec-
clesiæ obedire non vult, Christo
non obedire. Et de hujusmodi
homine ipse Christus ait: *Si Ec-*
clesiam non audierit, sit tibi sicut
ethnicus & publicanus. Et etiam
per Samuelem Prophetam Deus
ita loquitur: *Quasi peccatum ari-*
olandi est, repugnare: & quasi scelus
idolatriæ, nolite acquiescere. Qui-
bus verbis Saul arguitur ac pro-
fa-

circu je-
junia.
Matt. 15

4.
Quomo-
do illa-
queant
se hæreti-
ci circa
dogmata
& man-
data Ec-
clesiæ.
Matt. 14
1. Reg.
14.

Facula
Hæreti-
corum.

fanus abjectusque declaratur, pro-
pterea quod non obedierat dictis
Samuelis, qui juxta Dei volun-
tatem ei denuntiaverat, ut disper-
deret prorsusque deleteret Amale-
citas. Atqui Saul poterat more
hæreticorū dicere Samueli: Nus-
quam in divinis Scripturis ex-
pressum lego, quod nomine Dei
jussisti: non Deum sed te mihi lo-
quentem audiui. Paulus item af-
firmat, eos qui Præpositis vel
Potestatibus à DEO ordinatis
resistunt, DEO resistere, ac
damnationem sibi acquirere.
Rursum hæretici legentes hæc
Galat. I. verba Pauli, *Si quis vobis evange-
lizaverit præter id quod accepistis,
anathema sit*: legentes & ista Io-
ann. 22. annis in fine Apocalypseos, *Si quis
apposuerit ad hæc, apponet Deus su-
per illum plagas scriptas in libro isto*:
legentes item in Deuteronomio,
Deut. 4. *Non addetis ad verbum quod vobis
loquor, nec auferetis ex eo*; obji-
ciunt illa omnia Romanæ atque
Catholicæ Ecclesiæ, & eam accu-
sant execrandæ impietatis, pro-
pterea quod recipit ac statuit mul-
ta quæ in divinis Litteris nõ sunt
expressa. Sed hujusmodi obje-
ctiones mera sunt deliramenta.
Romana enim atque Apollolica
Ecclesia non aliud Evangelium,
neque aliam fidem aut doctrinam
annuntiat, quàm à Christo Apo-
stolis Apollolorumque discipu-
lis ac sanctis eorum successoribus
accepit: sed ipsi hæretici aliam
omnino fidem & doctrinam su-
perbè prædicant, uti totus hic li-

bellus clarissimè ostendit, ob id-
que sunt hæretici, & veritatis ini-
mici, & impietatis rei, & æternæ
damnationi proximi. Nunquam
item Romana & Catholica Ec-
clesia Scripturas sacras augendo,
diminuendo, immutando vel
perperam interpretando corrumpit,
quod hæretici facere solent. Quin-
potius libros omnes Canonicos
maximâ fidelitate integros sem-
per conservat, & eorum verba di-
vina (uti à Spiritu sancto edocta
est) sanè intelligit, eisque sum-
mam auctoritatem tribuit; sed ad-
ulterinas hæreticorum expositio-
nes constanter reprobat. Inter-
dum sanè pro causis emergenti-
bus variat pia quædam decreta, &
ut tempus exposcit, nonnulla Pa-
trum statuta abrogat: at præcep-
tiones divinarum Scripturarum
nunquam immutat.

Rectissimè verò pleraque reci-
pit & docet, quæ licet in ipsis Scri-
pturis Canonicis minimè sint ex-
pressa, eis tamen non sunt contra-
ria, sed maximè consentanea.
Nam, sicut à nobis alibi supra
fuit dictum, Deus non omnia in
sacris Litteris exprimi voluit, ut
disceremus Ecclesiæ subesse, atq;
ejus institutionibus & præceptis
obtemperare. Certè Ioannes scri-
bit, Christum passioni vicinum
dixisse discipulis suis: *Adhuc
multa habeo vobis dicere, sed non po-
testis portare modo: cum autem ve-
nerit ille Spiritus veritatis, docebit
vos omnem veritatem. Quo in lo-
co Christus loquitur proculdubio*

Romana
Ecclesia
Scriptu-
ra sacra
Canonem
non au-
get, mi-
nuat, cor-
rumpit;
quod est
proprium
hæreticos
facinum.

5.
Ecclesia
docet
semper
cõformis
Scriptu-
ra, qua
remittit
nos in du-
bii ad ip-
sam Ec-
clesiam.
*Cap. I.
Faculæ
& alibi.

Ioan. 16

Facula
Hæreticorum.

de his, quæ postea ordinanda ac statuenda erant in Ecclesia. Pålâm autem est, non omnia illa in Voluminibus sacris esse expressa, quæ tunc Christus testabatur se adhuc habere dicenda. Verùm de illis post resurrectionem suam per dies quadraginta deseruisse credendus est: dicente beato Luca, quòd loquebatur discipulis suis *de regno Dei*, hoc est, de gloriâ cælestis Jerusalem, & statu militantis Ecclesiæ, quæ toto orbe erat dilatanda. Ceterùm Apostoli, accepto Spiritu sancto, pleniùs dixerunt atq; intellexerunt (iuxta prædictionem Christi) *omnem*

Joan. 14

veritatem: quam etiam Ecclesiæ tradiderunt. Atque hinc est, quòd plurima, vel potiùs innumera, ab Apostolis Ecclesia accepit, quæ in libris novi Testamenti expressa non inveniuntur. Et certè fides habenda est ipsi Ecclesiæ, quæ est *columna veritatis*, & cum quâ Spiritus sanctus manet in æternum. Nam & hoc Christus ei promisit

Joan. 14

Ego rogabo Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis, ut maneat vobiscum in æternum, Spiritum veritatis. Ecclesia igitur docetur atque gubernatur à Spiritu veritatis: & nihil præcipit nisi secundùm voluntatem ejusdem Spiritus, cujus præsentia nunquam fuit destituta, neque destituetur unquam. At hæretici clamitant, ea quæ in Scripturis Canonicis habentur, Christianis sufficere.

Sufficit
Humili-

Sufficiunt planè. Imo verò humilibus verisq; Christianis suf-

ficere possunt vel hæc paucula verba, quæ Christus Præpositis Ecclesiæ dicit: *Qui vos audit, me audit; & qui vos spernit, me spernit*, aut ista, quibus subjectos alloquitur: *Quaecunq; dixerim vobis (Præpositi ac Pastores) servate, & facite*. His namque verbis admonemur parère Ecclesiæ, etiam si quòd illa præcipit, non sit expressè positum in Bibliis sacris. Neque enim Christus ait, Si ea, quæ Pastores & Præpositi Ecclesiæ vobis dicunt, inveneritis expressa in divinis Scripturis, servate illa & facite, sin minùs, nolite facere: sed ait, *Quaecunq; dixerim vobis, servate & facite*. Qui obedientiam Christianorum redigere volunt ad ea sola quæ in Canonicis Scripturis expressa sunt, alios obediendi fines & terminos nobis constituunt, quàm Christus constituit, quod utrique non facerent, si Catholici essent, & Christum potiùs quàm diabolum audirent.

Heu! quam infelices sunt, qui matrem Ecclesiam deserunt, & hæresibus se implicant! Quanta, quæso, dementia est, novam impiamq; Lutheri, Melanchthonis, Zwinglii, Calvini, vel aliorum Sectariorum doctrinam, præferre doctrinæ eorum qui veram fidem ab ore Christi, aut Apostolorum susceperunt, eamq; posteris fideliter tradiderunt, quæ etiam per successiones multarum generationum ad nos usque pervenit! Et quis verè pius possit continere

lacry-

bu Scri-
pta: a:
quia da
Ecclesiam
maim-
stram.
Luc. 10:
Matt. 23

6:
Insani-
unt, qui
Novato-
rum judi-
cia san-
cti Pa-
trium
præfe-
runt.

facula
Hæreti-
corum.

lacrymas, videns modò tot ani-
mas passim hæresum veneno cor-
reptas perire? videns homines
tam stolidos esse, ut præclarâ illâ
& antiquâ rectâque fide relicta,
Sectariorum prava dogmata, in-
sullaque opiniones nuper exco-
gitatas aut resuscitatas, promptis-
simis animis amplectantur? Pro-
fectò fides Romanæ Apostolicæ-
que Ecclesiæ, quam Deus innum-
eris miraculis comprobavit,
quæque tot jam sæculis in violata
permanfit, tam certa atque indub-
itata est, ut si millies mori posse-
mus, toties utique pro illa reti-
nendâ atque tuendâ libenter mor-
tem oppetere deberemus. Ea nun-
quam extinguetur, dicente Do-
mino ad Petrum Ecclesiæ caput
Luc. 22. & Principem: *Ego rogavi pro te, ut
non deficiat fides tua.* Navis Eccle-
siæ potest quidem fluctibus hære-
sum concuti, sed mergi non po-
test. Quantum vis prematur, nun-
quam tamen opprimetur Eccle-
sia.

7. Verùm hæretici videntes plu-
rimos abusus esse, & multos etiã
è numero Pastorum non rectè vi-
vere in Ecclesia Romana atque Ca-
tholica, detestantur illam, & ab
ea sese separant, eique subesse no-
lunt. Sed eos meminisse oportet,
Ecclesiam Dei esse sagemam illam
Evangelicam, quæ malos pisces
cum bonis, durante hac mortali
vita, continet: esse itidem aream
illam, in qua rejectaneæ & olim
exurendæ paleæ electissimis gra-
nis permixtæ sunt. Optandum

verò & adorandum, ac modis
omnibus admittendum est, ut tol-
lantur abusus, & reformatur
mores in Ecclesia Dei. Attamen
ipsa eadem Ecclesia Apostolica,
propter malos Catholicos, quos
gremio suo continet, non desinit
esse *columna & firmamentum veri-*
tatis. Quemadmodum autem sæ-
culi Regibus & Principibus, ea
quæ iuxta sunt præcipientibus,
necesse est subjici & obtemperare,
etiã si ipsi alioqui improbi sint
& flagitiosi; ita etiam Præpositis
Ecclesiæ honesta & rationabilia
jubentibus oportet obedire, e-
tiã si non benè vivant. De tali-
bus enim Dominus loquens in
Evangelio ait subditis: *Quæcum-*
que dixerint vobis, servate & faci-
te, secundum verò opera eorum, nolite
facere. Sanè qui manet divi-
sus ac separatus ab Ecclesia Ca-
tholica, quæ est Corpus Christi
mysticum, separatus item à Chri-
sto capite est.

8. Benignissimus DEUS noster
concedat, ut depulsâ errorum ca-
ligine, omnes agnoscamus veri-
tatem, quam Apostoli Apostolo-
rumque discipuli, & eorum suc-
cessores, aliique Orthodoxi Pa-
tres nobis commendaverunt: præ-
stet, inquam, Dominus, ut verita-
ti constanter ac firmiter adhærea-
mus, & vitam degamus verè Chri-
stianam, atque ita tandem æter-
nam beatitudinem conse-
quamur, Amen.

Faculz
Appen-
dix.FACULÆ
APPENDIX.

S. I.

DE SACRA EUCHA-
RISTIA.*Vesanus error hæreticorum, & sin-
cera fides Catholicorum osten-
ditur.*

1. Hæreticè in doctrina Eucharistia apertè contradicunt Christo.
2. Corpus Christi simul est in cælo & in Sacramento.
3. Novatores Capharnaiti similes.
4. Spirituális manducatio apud hæreticos excludit præsentiam Christi à Sacramento: apud Catholicos includit; significat enim dignam, & incruentam Sacramenti masticationem, per quam sumitur & manducatur verum Christi Corpus.
5. Caro Christi in Eucharistia vocatur divina & spirituális; non secundum substantiam, sed propter exhibitionis modum, qui magis videtur esse spirituális quàm corporális.
6. Ipse modus loquendi Scripturarum, indicat Christi realem præsentiam in Eucharistia per Transsubstantiationem, ut loquitur Concilium Tridentinum Sess. 13. cap. 4. & Can. 2.
7. Eucharistia vocatur panis: tum quia panis erat ante consecrationem; tum quia pascit animum, & oraliter manducatur. Sic vocatur signum, & figura, quia sub speciebus latet Christus, ejusque gratia.
8. Eucharistia totum hominem unit Christo.
9. Dissensio hæreticorum inter se, circa Eucharistiam, firmat fidem Catholicorum de illa.

I.
Doctrina
Novato-
rum de
Euchari-
stia con-
tradicit
verbis
Christi
Domini
clarissimè.

COR Christiani & Catholici hominis ingenti horrore concutitur, totumque contremiscit, quando penitius considerat errorem & blasphemias hæreticorum hujus temporis circa sacratissimam Eucharistiam. Nā Dominus quidem JESUS apertissimè dicit, *Hoc est enim Corpus*

meum quod pro vobis datur, Hic est Sanguis meus qui pro multis effundetur: at illi impudenti sacrilegoque ore contradicentes, Non est; inquit, verum Corpus & verus Sanguis Christi in Eucharistia: non transmutatur panis in Carnem, nec vinum in Sanguinem Domini, sed manet substantia panis & vini. O impietatem detestabilem! Certè Apostoli & eorum discipuli, omnesque Christi Martyres, & sancti atque Orthodoxi Patres semper firmissimè crediderunt, panem converti in Corpus, & vinum in Sanguinem Christi, atque in Eucharistia remanere non substantiam, sed tantum species & qualitates panis & vini. Hanc fidem, quam ab ore Domini JESU acceperunt, palam docuerunt, & etiam in suis scriptis adnotatam reliquerunt.

Sed hæretici arrogantes ac cæci falsas interpretationes committunt, quibus manifestissimam veritatem impugnant. Modis omnibus nituntur incautos à sinceritate veræ fidei avertere. Corpus Christi, ajunt, est in cælo, non hic in terra. Credere nolunt illud esse etiam in Eucharistia: quia quomodo id fieri possit, non comprehendunt. Atqui hoc mysterium, quod omnipotenti virtute DEI fit, incomprehensibile est. Omnino verum Corpus Christi & in cælo integrum est, & nihilominus in terris integrum Eucharistiâ continetur. Nam & quando ipse Dominus in Cæna tradebat idem

verum

2.
Christus
simul in
cælo, &
in Sacra-
mento
realiter
& corpo-
raliter.

Facile
Appen-
dit.

verum Corpus suum discerpulis suis, neque illud & integrum se-
debat juxta discipulos, & etiam integrum à singulis Discipulis sumebatur. Neque recedit à cælo, ut sit in Sacramento: sed in cælo manet, & in Sacramento est.

Fide non
argumen-
tu myste-
ria Chri-
sti capi-
untur.
Ioan. 6.

Si nemo intellectu consequi potest, uti Dominus quinque panibus hordeaceis quinque millia hominum satiaverit, & superfuerint duodecim cophini fragmentorum: magna profectò temeritas est, velle rationibus humanis investigare, quomodo Corpus Christi quod in cælo est, possit esse etiam in terrâ, ubicunque sacra est Eucharistia. Simplici & firma fide hic est opus. Nam fidei oculus sub exigua panis specie attendit verum Corpus Christi, attendit totum Christum verum Deum & verum hominè. Itaq; non quomodo caro Christi ibi sit, inquirendum: sed quòd suprâ naturam virtute Dei ibi esse possit & verè sit, credendum est. Neque enim mentitur Veritas quæ dicit, *Hoc est corpus meum*. Ipse cui nihil impossibile est; & qui virgam Moylis vertit in colubrum: ac rursus ex colubro virgam fecit, qui quæ in Cana Galilææ aquam mutavit in vinum: nobis in Sacramento panem convertit in Corpus, & vinum in Sanguinem suum. O ingens summeque venerandum miraculum.

3.
NoviCa-
pharnai-
ta sunt

Cùm Christus coràm Capharnaitis loqueretur de manducatione carnis suæ, illi fidem non ad-

hibebant verbis ejus (ipsis hodie similes sunt vecordes hæretici:) dicebant enim: *Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandû?* Somniabant Christum velle dare carnem suam frustatim confissam, & more aliarum carniû, costam vel crudam. At Catholici ab hujusmodi absurda cogitatione prorsus alieni sunt: agnoscentes, verum divinumque Corpus Christi in Eucharistia adesse mysticè, & modò arcano sensibusque minimè expósito.

moderis
Sacram-
tarii hæ-
retici.
Ioan. 6.

Si quispiam Auctor Catholicus dicat, quòd gloriosa & spiritalis caro Domini Jesu ibi spiritaliter adsit, nihil tamen per has dictiones *spiritualis & spiritaliter* diminuit de veritate ipsius carnis Dominicæ, & verâ ejus præsentia: sed hæretici per illas dictiones veram Carnem Christi à Sacramento Eucharistico excludere volunt. Catholici prorsus contentur verum Corpus Domini esse in Eucharistia substantialiter & corporaliter. Ecce, quia sine horrore nõ potuissemus Carnem Christi manducare, & Sanguinem ejus bibere in forma carnis & sanguinis; pius ac dulcis Dominus seipsum nobis dare voluit sub specie panis & vini. O ineffabilem bonitatem atque charitatem! Forma & qualitates Corporis Christi gratiâ & virtute Dei mirabiliter occultantur, ne horrore nobis sint: apparent verò ac sentiuntur species & qualitates

4.
Spiritu-
ale præ-
sentia
aut man-
ducatio
Corporis
Christi
juxta
mentem
Catholi-
corum ex-
plicatur.

tes

Facul-
Appen-
dix.

tes panis ac vini, quæ sensibus nostris conveniunt & gratæ sunt. Nos certè in hoc sacro convivio accipimus, & in viscera nostra traficimus illam ipsam veram carnem, quam Maria virgo peperit, & quæ pependit in Cruce, quæque nunc sedet ad dexteram Patris in cælo: sed alio modo Christus eam exhibet in Sacramento, quàm olim fuit in Cruce. Verùm ut ad salutem nobis profit sacramentalis manducatio carnis Dominicæ, debemus eam sumere non ore tantùm, sed etiam spiritu sive spiritualiter per fidem ac sanctum desiderium. Catholici & pii homines interdum hoc Sacramentum cum fructu maximo sumunt, etiamsi spiritualiter duntaxat illud accipiant, videlicet desiderio & fide, sincerâque animi devotione. Hæretici jactant se hoc modo Corpus Christi utilissimè manducare: sed falluntur. Neque enim fieri potest, ut ipsi carnem spiritualiter utiliterque edant, cum veram fidem minimè habeant, & eam Eucharistiæ manducationem, quæ à Christo instituta est, unà cum incruento in-contaminatoque; Missæ Sacrificio, sceleratè abrogent atque abjiciant. Et idèd in illa cœna sua panem nudum edentes, nihil omnino spiritualis fructus cõsequuntur, quantavis fide & intentione cogitationem suam ad passionem Christi pro mundo in Cruce oblatis referant.

Quòd autem Patres dicunt, divinam & spiritualementem carnem in sacrosanctis Mysteriis manducandam dari aliam ab ea quæ crucifixæ est, intelligunt aliam exhibitionis modo, non substantiæ. Planè vera & viva caro in Eucharistia est: nam panis (ut dictum est) verè mutatur in verum Corpus Christi. Fit ita: quia Deus vult ita, Deus ita instituit. Verbum Domini quo id fit, omnipotens est; modus autem quo fit, inscrutabilis est. O hæretici ingrati! ut quid Dei benignitatem atque beneficentiam non agnoscitis? ut quid adhuc increduli estis?

Si verum Corpus & verus Sanguis Christi Eucharistiæ non contineretur, cur, quæso, Apostolus Paulus de eâ loquens, hæc terribilia verba diceret: *Quicumque manducaverit panem hunc, vel biberit calicem Domini indignè, reus erit Corporis & Sanguinis Domini?* Et rursum, *Qui manducat, inquit, & bibit indignè, judicium sibi manducat & bibit, non dijudicans Corpus Domini.* Si item in Eucharistia maneret substantia panis & vini; quare, obsecro, tam manifestè Christus diceret, *Hoc est Corpus meum, Hic est Sanguis meus?* quare non unus tantùm, sed tres Evangelistæ, atque etiam Paulus Apostolus illa ipsa verba sic reiterant? quare & sanctus Jacobus Apostolus in Liturgia sua precaretur, ut Spiritus sanctus super-veniens, propositum panem effici- ceret Corpus Christi, & vinum Sanguis.

5.
Quo sensu caro Christi in Sacramento vocatur divi-
na autem etiam spiri-
tualis

6.
Verba Scripturæ ad litteram ostendunt realem præsentiam Corporis Christi per mutationem substantiæ panis & vini in Carnem & Sanguinem Domini, quæ vocatur & est Transsubstantiatio.
1. Cor. 11.
Matth. 26.
Mar. 14.
Luc. 22.
1. Cor. 11.

Facula
Appen-
dix.

1. Tim. 3

7.

Eucharistia vocatur quantum ad panem, quia est verus albus, & ante fuit panis quia transsubstantiatur.

Psal. 77. Quando Eucharistia vocatur figura aut signum, intellige sub Sacramento esse veram rem illo signo figuratam vel figuratam.

Sanguinem ejus? Enimverò si panis sit Corpus Christi & vinum Sanguis Christi, necesse est ut nec panis nec vinum maneat: necesse est ut substantia panis in substantiam carnis & vini substantia in substantiam Sanguinis transmutetur. Possemus infinitam multitudinem Orthodoxorum Patrum citare, qui expressis verbis itidem dicunt, panem in Carnem & vinum in Sanguinem Christi converti in Eucharistia: sed hinc prolixitas à nobis vitanda est. Apostolica atque Catholica Ecclesia, (quæ columna & firmamentum veritatis est, & in fide errare non potest) indubitanter credit semperque credidit, Sacerdote verba consecrationis ritè proferente, transmutationem atque transubstantiationem illam virtute Spiritus sancti fieri.

Quamvis autem Paulus Apostolus, aliique Patres Catholici ipsam Eucharistiam interdum nuncupent panem, non tamen panis substantia intelligenda est. Idem verò appellatur panis, quia ex pane conficitur, ac speciem qualitatisque panis retinet, vel quia æternæ vitæ substantiam ministrat. Mos item sacre Scripturæ est, ut vocet panem, id quod manducatur. Unde & manna in Psalmo appellatur panis, ubi dicitur: *Pluit illis manna ad manducandum, & panem celi dedit eis.* Quando etiam Patres de Eucharistia differentes utuntur his vocabulis, *figura, signum, imago, antitypon,*

nullo modo per huiusmodi nomina imminuere quidquam volunt de veritate corporalis, præsentia Christi in Eucharistia (ut heretici ganniunt) sed indicant Corpus Domini Jesu ibi obvelatum atque abditum exhiberi. Nam iidem Patres clarissimis verbis contententur, verum Corpus Christi verè & corporaliter in hoc Sacramento adesse. Cum enim idem Sacramentum constet signo & re signata, fieri nequit, ut res signata ibi non adsit. Species visibilis, signum est: Corpus & Sanguis Domini, res est signata. Ergo Eucharistia secundum visibilem speciem dicitur symbolum & figura, at secundum latentem substantiam veritas est & Caro Christi vera, verusque Christi Sanguis. Dicunt item Patres, ipsam Eucharistiam, quæ vera quidem sed invisibilis Caro Domini continetur, esse signum & imaginem visibilis corporis quod in Cruce passum est. Atque ita Carnis veritas in Eucharistia exhibita, quæ ipsam carnem Dni non ostendit, in sua forma, haud absurdè figura appellatur: sicut & rectè nominatur Sacramentum Corporis Christi. Similiter dum idem verum Corpus Christi specie panis obvelatum sumimus ac manducamus, hoc ipsum dicitur etiam imago & figura futuræ veritatis, quæ olim exhibebitur in cælo, cum jam Christum Jesum Deum & homi-

† Externam videlicet, sicut inter suos in vita Christus corporaliter visibilis ambulavit.

Est etiam figura & imago gloria future, in qua videmus eum revelatum, & faciem sicuti est. Est etiam signum unitatis fidelium.

N n n n nem

Waculz
Appen-
dix.

nem sine aliquo velamento con-
templabimur, eique beate ac per-
fecte uniemur. Quapropter Ec-
clesia perceptis mysteriis orat, ut
quod nunc per speciem gerimus,
post hanc vitam in veritate capia-
mus. Isto Sacramento Eucharis-
tico significatur etiam corpus Chri-
sti mylticum, videlicet Ecclesia.
Nam beati Pauli verba sunt hæc:

1. Cor.
10.

*Unus panis, unum corpus multi su-
mus, omnes enim de uno pane par-
ticipamus.* Sanè sicut ex multis
granis unus panis conficitur, ita
multi fideles unam Ecclesiam cõ-
stitunt. Illi Patres, qui dicunt
Eucharistiam non esse figuram
Corporis Christi, sed ipsum Cor-
pus ejus, intelligunt figuram il-
lam quæ corporalem præsentiam
veritatis excludit, eique opponi-
tur; non illam quæ præsentem in
Sacramento veritati subservit.

Hoc sensu panis in altari positus
à nonnullis ante consecrationem
dicitur antitypon Corporis Chri-
sti; nam figura solùm est. Nullus
Orthodoxorum Patrum unquam
dixit, Eucharistiam esse tantùm
figuram vel signum veri Corpo-
ris Domini Jesu, quod blasphemi
hæretici nunc dicunt: sed omnes
Catholici semper confessi sunt &
crediderunt (ut sæpius jam à no-
bis repetitum est) verum Corpus
Christi in Eucharistia contineri,
& panis viniq; substantiam
in Carnis & Sanguinis substan-
tiam converti. Meritò igitur in-
clytus Martyr Clemens B. Petri
Apostoli discipulus, in quadam

Nullus
Patrum
dicit Eu-
charistiam
esse mera
figuram
eum ex-
clusione
vera &
corpora-
li præsen-
tia Chri-
sti.

epistola sollicitè admodum ex-
doctrina Præceptoris sui admo-
net, ut reliquæ fragmentorum
Corporis Dominici à ministris al-
taris cum timore custodiantur, ne
quæ putredo inveniatur, & ne
pulvis ipsius Corporis Dominici
malè decidat, atque ita gravis in-
juria Corpori Christi inferatur.

Profectò qui se Christianum
dicit, & tamen renuit venerari at-
que adorare sacram Eucharisti-
am, in qua verissimè & divinitas
& humanitas Christi adest; is
ipsis Paganis atque Ethnicis de-
terior est. Quisquis unquam
post eandem Eucharistiam insti-
tutam Christum ex animo dile-
xit, ingentem tam præcullen-
tì Sacramento votis omnibus
expetendum, quod salutem ani-
mæ & corporis adfert! Panis &
& cibus communis alit quidem
corporaliter & secundùm natu-
ram: at iste cælestis vereq; super-
substantialis panis, ista divina
esca alit spiritaliter & secundùm
gratiam. Reverà hæc spiritalis
alimonia præstat homini quod
Christus dixit: *Qui manducat* Ioan. 6
meam carnem, & bibit meum San-
guinem, habet vitam æternam, & e-
go resuscitabo eum in novissimo die.
Acrursum: Qui manducat meam
Carnem, & bibit meum Sanguinem,
in me manet, & ego in illo. Itaque
Sacramentum hoc excellenter to-
tum hominem cum Christo unit,
eumq; concorporalem (ut ita
loquar) Christi efficit, ac merito-
rum illius participem reddit.

Hæc

8.
Eucharis-
tia parti-
cipatio.
ne totus
homo un-
nitur
Christo;
& fit u-
num quo
dammodo
cum illo

S. II.

DE SACRIS IMAGINIBUS.

Pius, antiquus & laudabilis Imaginum usus docetur.

1. Veneratio Imaginum, & invocatio Sanctorum, traditio est Apostolica.
2. Imago Christi viventi in terris posita ab Hamorrijsa.
3. Virginis viventi Imago picta à D. Luca.
4. Christi viventi Imago, quam ipsemet Abagaro Edessa Toparcha misit.
5. Imago Crucifixi passa in Berytho.
6. Ab Apostolo usq; ad Constantinum Magnum semper fuit sacer usus Imaginum.
7. Deus in veteri Legge idola prohibuit, non Imagines.
8. Verba quaedam contra sacras Imagines, heretica manu assuta S. Epiphano.
9. Ecclesia iudicium, lapu Lydium veritatis index.
10. Maledicta hereticorum in Pontifices, quorum vitia non prajudicant veritati.
11. Concilium Eliberitanum quo sensu venterit sacras Imagines.
12. Honor imagini delatus, prapriè exhibetur prototypo.
13. Traditionum non scriptarum summa auctoritas.

PATRES Orthodoxi affirmant, sacrarum Imaginum usum ac venerationem (quam hæretici modò detestantur) ex traditione Apostolorum ad nos descendisse. Verba beati Basilii Magni in secundo Concilio Niceno citata sic habent: *Suscipio sanctos Apostolos, Prophetas, & Martyres, qui pro me apud Deum supplicant: quò per illorum intercessionem propitiis mihi sit Deus noster benignissimus, & remissionem peccatorum mihi gratis largiatur. Quam ob causam & historias imaginum illorum honoro & palam adoro. Hoc enim nobis traditum*

Apostolica traditio de invocatione Sanctorum, & cultu Imaginũ.

9. Hæretici hujus tempestatis plurimum inter se dissident de Eucharistia: hoc ipso evidenter ostendentes, se à veritate, quæ una est, procul aberrare. Depugnant & digladiantur acriter, dum suam quisque pravam opinionem rectiorem judicat, eamque pertinaciter tueri vult. Hinc Lutherus hæresiarcha scriptis invehitur in Zwinglium hæreticum, & Zwinglius in Lutherum, itidem Westphalus hæreticus calamo persequitur Calvinum hæreticũ, & Calvinus Westphalum. Possumus hodie numerare plusquam viginti sectas de fide & doctrina inter se fœdissimè discordantes. In hoc autem concordēs sunt hæretici omnes, ut Ecclesiam Catholicam & Apostolicam (quam ipsi Papisticam appellant) hostilibus indefessisque animis oppugnent. Atqui hæc dicta ab eis Papistica, est illa una columba & sponsa Dei, quæ dissensiones & schismata in his quæ fidei sunt, nescit. Nam veram fidem, quam ab Apostolis Apostolorumq; successoribus accepit, integram ad hunc usque diem servavit, & usque ad consummationem mundi servabit. Extra hanc Dei Ecclesiam (cujus typum arca Noë gessit) nulla est salus. Qui in ea non est, ut diluvio absorptus pereat necesse est.

Nnnn 2

ditum

Faculz
Appen-
dix.

*ditum à sanctis Apostolis non est
prohibendum, sed in omnibus Eccle-
siis nostris eorum historias erigimus.*
Hæc Basilus.

2.

*Imago
Christi
adhuc vi-
ventis
magnū il-
lustrata
miraculo-
sū.*
Euseb. l.
7. c. 4.
Niceph.
1.6. c. 15.
Matt. 9.

Nos pauca de hac re dicturi, in-
primis adnotabimus ea quæ Hi-
storici fide digni scripserunt de ve-
nerabilibus Imaginibus tempore
Apostolorum formatis & expres-
sis. Igitur Eusebius Cæsariensis
& Nicephorus Callistus referunt,
mulierem illam quæ Sanguinis
profluvio laborans, ex contactu
fimbriæ vestimenti Domini Jesu
(ut in Evangelio legimus) sani-
tatem receperat, præclaram ima-
ginem ex ære erexisse, quæ figu-
ram Christi benefactoris sui præ-
ferebat: ut hac ratione pium affe-
ctum, quem erga Dominum Je-
sum gerebat, declararet. Ajunt
item, ad hujus imaginis pedes
herbam nasci solitam, quæ cum
ad fimbriam usq; vestis æræ per-
tigisset, adversus omne genus
morborum præsentissimum erat
remedium. Hæc illi in suis Hi-
storiis narrant. Quod si displice-
ret Deo usus sanctarum Imagi-
num, profectò non fuisset illic
editum tam celebre miraculum.
Porro mulier illa civis erat urbis
Cæsareæ, ubi pro foribus domus
ejus imago jam cõmemorata ad-
huc conspiciebatur tempore præ-
dicti Eusebii Cæsariensis Episco-
pi, ut ipse in Historia sua testatur.
Posteà verò cum Julianus Impe-
rator apostata odio Christi ar-
dens, eamdem Dominicam ima-
ginem dejecisset, & in ejus locum

suam statuisset, ignis derepentè è
cælo delapsus, ipsam Juliani sta-
tuam dirupit, atq; in faciem pro-
stravit, quemadmodum decimo
libro Historiæ suæ narrat Nice-
phorus, secutus narrationem So-
cratis Constantinopolitani. Cap. 30.

Et sexto libro loquens ipse
Nicephorus de Imaginibus quæ
vi ventibus adhuc Apostolis pictæ
fuerant, sentit cum Eusebio, &
scribit in hunc modum: *Etiã
sanctorum Apostolorū Petri & Pau-
li, ipsiusq; adeo Christi, & quæ eum
supra naturæ captum genui Virgi-
nis-matris, coloribus adumbratas
imagines plurimas, ad hunc usque
diem conservatas esse novimus. Ac
Lucas quidem Apostolus, primus
ipsas accuratè manibus suis depin-
xit.* Hæc ibi. At secundo libro
postquam hoc ipsum Nicephorus
dixit, mox adjungit hæc verba:
*Unde in omnem deinde habitabilem
orbem tam venerandum & pretio-
sum opus est illatum.* Prætereà de-
cimoquinto Historiæ suæ libro,
narrans ut sancta virgo Pulcheria
soror Theodosii Augusti, tria mag-
nifica templa Deiparæ virgini
ex ipsis fundamentis Constā-
tinopoli erexit, mentionem
facit venerandæ Imaginis ejus-
dem virginis Mariæ, ab ipso bea-
tissimo Luca depictæ, atque ita
loquitur: *Unum templum est in
Chalcoprateio sive fabrorum foro,
Sacri tumuli nomen habens: in quo
zonam Dei Genitricis veluti thesau-
rum (Pulcheria) deposuit: & ut in
eo quarto quoq; hebdomadis die per-
vi-*

3.
*Imago
Deiparæ
à divo
Luca de-
lineata
ut &
sanctorū
Apostolo-
rum.*
Cap. 16.

Cap. 47.

Cap. 14
& l. 14
c. 6.

Facula
Appen-
dix.

*vigilium & supplicatio ad lucernas
& lampades fieret, constituit: quam
& ipsa pedes frequentare solita e-
rat. Secundum templum Via ducum
est, ubi Verbi Matris imaginem de-
dicavit, quam diuus Apostolus Lu-
cas suis ipse manibus depinxit, illa
adhuc vivente, & tabulam vidente,
gratiamq; adeo illi forma sua im-
mittente. Hac imago primùm in eo
loco, qui Tribunal dicitur, fuit, ubi
ea qua nunc quoq; fiunt, miracula
peracta sunt. Porro in templo isto,
ut tertio quoq; septimana die pervi-
gilium videm & supplicatio pera-
geretur, curavit: quod ad hunc usq;
diem servatur. Tertium autem tem-
plum pulchritudine & omnis gene-
ris materiâ incredibiliter ornatum,
Verbi Matri consecravit, cui Bla-
cherna cognomen est, &c.*

4.
Cap. 7.
Imago
Christi
ab ipso
missa ad
Abagarum
Edesse
Principem.
Cap. 17.
*Hunc
alii vo-
cant A-
bagarum:
at Euse-
bius in
quodâ
fragme-
to vo-
cat Ag-
baram.

Idem Nicephorus secundo Hi-
storiæ suæ libro asserit, Christum
transmisisse sacram vultus sui i-
maginem, in lineum textum im-
pressam, * Augaro Edessenorum
Principi, qui vehementi ejus de-
siderio tenebatur. Id ipsum scri-
bit beatus Joannes Damascenus
libro quarto de Orthodoxa fide.
Et quidem Nicephorus, ubi locu-
tus est de Augaro Toparchâ, dicit
etiam Regem Persarum ex fer-
venti fidei desiderio misisse picto-
rem in Palæstinam, & per hunc
imaginem Christi ac matris ejus
virginis Mariæ accepisse. Atque
hæc ex archivis antiquisque li-
brorum monumentis desumpta
esse, Nicephorus testatur. Theo-
dorus quidam Lector & Græcus

Scriptor, mox in initio primi li-
bri Collectaneorum suorum, qui-
bus historiam rerum Ecclesiasti-
carum summatim perstringit, me-
minit etiam Imaginis virginis
Deiparæ, quam S. Lucas depinxit.
Nam de Eudociâ Imperatrice,
quæ Jerosolymis erat, loquitur
in hæc verba: *Eudocia imaginem
Matris Christi, quam Lucas Apo-
stolus pinxerat, Pulcheria misit.*

Beatus quoque Athanasius edi-
dit libellum de quadam Imagine
Domini Jesu, quæ in Berytho ur-
be Syriæ à Judæis cæsa, confixa,
ac vulneribus cõfossa, maximam
sanguinis abundantiam profudit.
Eam imaginem Nicodemus, qui
ad Jesum nocte venerat, Gamali-
eli, B. Pauli quondam præceptori,
Jerosolymis tradiderat: Gamaliel
porro Jacobo Apostolo Jerosoly-
morum primo Episcopo, & Jaco-
bus Simeoni successori suo illam
reliquerat. Sed biennio antequam
Jerosolyma à Romanis everteret-
ur, pii Christiani eandem ima-
ginem transtulerunt in Syriam,
ut Athanasius in memorato libel-
lo scribit. Præterea Alexander
Imperator, ille erga Christianos
maximè benevolus (cujus matri
Mammææ Origenes familiarissi-
mus fuit) in domestico Sacello
suo habuit imagines Abrahæ Pa-
triarchæ & Christi Salvatoris, si-
cuti Scriptores Historici narrant.

Usus sanctarum Imaginum à
tempore Apostolorum usque ad
Constantinum Magnum Impera-
torem semper receptum lauda-

5.
Imago
Christi a-
lim à Ni-
codemo
accepta,
post à Iu-
dæis tras-
fixa Be-
rythi, ce-
piois san-
guinem
emisit.

6.
Cultus
Imaginũ
ab Apo-
stolis tra-
ditus, Cõ-
tum-

Facult
Appen-
dix.
Constanti-
na tem-
poribus
maximè
floruit.

etiamq; fuisse in Ecclesia Dei, hoc etiam arguit, quòd ipse Constantinus jam à paganismo conversus ad Christianam fidem, plurimas Basilicas à se magnificè extructas, Imaginibus sanctis cohonestabat. Sanè in ea Basilica, quæ de ejus nomine Constantiniana dicta est, & non solùm vasa aurea & altaria argentea, verùm etiam effigiem Salvatoris, atque imagines duodecim Apostolorum, ex Argento purissimo posuit, ut narrat Damasus, describens Vitam beati Silvestri. Cùm tunc, idololatriâ abolitâ, & persecutione cessante, pax reddita esset Ecclesiæ, majori studio passim Oratoria Christianorum Imaginibus Jesu Christi & matris ejus virginis Mariæ, atque aliorum Sanctorum exornabantur. Unde eximii illi Patres Orthodoxi qui mox secuti sunt, videlicet Basilus Magnus, Gregorius Nyssenus, Hieronymus, Ambrosius atque alii, in suis scriptis, sanctarum Imaginum honorificè meminerunt. Et postea in secundo Concilio Niceno cùm fusissimè de illis disputatum fuisset, ecclesia expresso decreto approbavit earum usum, & iconomachos damnavit.

7.
Idola, nò
imagines
prohibuit
Deus in
legè Moy-
sis.
Exod.
31.

Hæretici huius ævi nostri venerationem ipsarum Imaginum sacrarum non verentur appellare idololatriam. Dicunt, earum usum adversari Scripturis divinis: sed falluntur, & Scripturas non rectè intelligunt. Prohibuit quidem Deus in veteri Lege, ne Ju-

dæi idola & effigies haberent, propterea quòd erant maximè propensi ad idololatriam: at ubi nullum erat idololatriæ periculum, non solùm permisit, verùm etiam præcepit fieri Imagines.

Unde Moyses jussu ejus curavit ut sculperentur Cherubim, collocarenturque in Propitiatorio. Vercordes hæretici, quidquid in Voluminibus sacris & Orthodoxorum Patrum scriptis inveniunt dictum adversus idola atque idololatrias, id in sanctas Imagines & Catholicos, qui eas asservant ac venerantur, insulssimè detorqueunt. Hujusmodi sententias undique corradunt, & superbè admodum Catholicis objiciunt. Nam quia vident ipsos Catholicos copiosè ac dilucidè rectam ecclesiæ fidem atq; doctrinam dictis vetustissimorum Patrum comprobare actueri, conantur rōnuli ex eis similiter pravam fidem suam & absurda dogmata ab antiquitate commendare, verbisque Patrum confirmare: sed hoc infideliter profusus faciunt, ac proinde nihil agunt. Siquidem auctoritates quas adducunt, non ea mente, neque eo sensu citant, quò à Patribus scriptæ sunt: sed pervertunt atque corrumpunt illas, ac plerumque mentiuntur impudentissimè. Quam eorum impiam fraudem prudens & doctus quisque facile deprehendit, dum studiosè exquirat & examinat in libris Patrum locos ab eis citatos.

Exod. 25
Exod. 37

Acer-

Facula
Appen-
dit.

Lacina
Epistolae
S. Epipha-
nii falsò
assuta
per Icono-
machi, &
fraude
ipso con-
iuncta.

8. Acerrimè verò, ad everisionem sacrarum Imaginum, solent Catholicis objicere etiam aliquot verba quæ in Lucubrationibus sancti Epiphaniï leguntur. Verùm beatus Joannes Damascenus in libris suis Apologeticis adversus criminatores sanctarum Imaginum, itemque alii Patres pronuntiaverunt, verba illa ibi ab hæreticis fuisse inserta. Certè Basiliius Magnus præcessit Epiphaniium, & in verbis suis, quæ supra posuimus, apertè indicat, consuetudinem suo tempore fuisse, ut Sanctorum Imagines in omnibus Ecclesiis erigerentur. Quomodo ergo Epiphanius paulò post secutus, vituperasset usum sacrarum Imaginum in omnibus Ecclesiis receptum? Præterea ipse Epiphanius scripsit diligentissimè adversus hæreticos ac prava dogmata sui temporis: & tamen nunquam ibi damnat usum Imaginum. Quòd si judicasset eum apud Christianos non esse licitum, profectò hoc declarasset in libris, quibus hæreses & absurdas opiniones notat confutatque.

9.
Infallibi-
le verita-
tu judi-
cium ab
Ecclesia
magiste-
rio expe-
ctandum
I. Tim. 3

Sed etsi verba, quæ in lucubrationibus ejus contra sacras Imagines inveniuntur, fuissent pio zelo ab eo scripta; non tamen debent pro ratis ac firmis recipi, cum à doctrina Ecclesiæ Catholicæ discrepent. Universalis enim Ecclesia, quæ est *columna veritatis*, & errare nescit, semper audienda est, potiùs quàm unus vel duo aut plures etiam sanctissimi Docto-

res. Hoc persuasissimum habeat, quisquis hæreticorum tendiculas & errores omnes feliciter effugere vult. Quemadmodum enim negotiatores solent aurum Lydio lapidi atterere, quò cognoscant, utrùm germanum sit, an adulterinum; ita Christianus homo doctrinam quamlibet ad columnam illam veritatis applicare adungereque debet, ut exploratum habeat, verane sit an falsa. Quocirca si viderit aliquod dogma non concordare cum doctrina Romanæ Catholicæque Ecclesiæ, quam Spiritus veritatis illuminat ac regit, mox illud relinquat atque repudiet.

At hæretici Romanam atque Apostolicam Ecclesiam contemnunt, eamque modis omnibus in odium adducere nituntur. Et ut hoc faciliùs citiusque efficiant, malevolè divulgant atque exaggerant quorundam Romanorum Pontificum vitia; reticentes interim virtutes eorum Pontificum, qui integerrimè, sanctissimeque vixerunt. Omni pudore abjecto insolentissimè conferunt maledicta in Sedem Apostolicam & Summum Sacerdotem: cum tamen omnis potestas sit à Deo, & Scriptura clamet, *Principi populi tui non maledices*. Nos quidem non negamus, Papam posse pessimè vivendo in æternum perire; at tamen propter ejus peccata Ecclesia, cui præest, non destituitur gubernatione Spiritus sancti, nec desinit esse Ecclesia; neque propterea

10.
Non pra-
judicans
veritati
opprobria
qua hære-
tici in
Pontifices
jaciunt,
& in sa-
ctam Ec-
clesiam.

Rom. 13
Exod.
22.

Act. 23.

Facult
Appen-
dix.

pterea Sedes Apostolica perdit suam auctoritatem. Planè Christus voluit ut sui loco hîc in terris toti Ecclesiæ præsideret Pontifex. Oblatrent hæretici quantum ipsis libet, necesse est ut ira fiat. Sed his omissis, redeamus ad sanctas Imágenes.

II.

De Con-
cilio Eli-
bertini
vel Eli-
bertani
in Hispa-
nia de-
creto.

Qui venerationem earum sug-
gillant, illud quoque Catholicis
objiciunt, quod trigésimosexto
Canone Concilii elibertini in-
hibitum fuit, ne scilicet picturæ
fierent in templo seu Ecclesia. Sed
& ista objectio futilis est. Nam
justè profectò hoc tunc vetuit E-
libertina Synodus, quam non-
nulli putant paulò ante tempora
Constantini Augusti celebratam
fuisse. Congregata autem fuit in
Hispania, ubi paganismus & ido-
latria plurimum adhuc vige-
bat: nam id complures Canones
ejusdem Synodi apertè indicant
Canon quadragesimus primus di-
cit ita: *Admonere placuit fideles, ut
quantum possunt prohibeant, ne ido-
la in domibus suis habeant. Si verò
vim metuunt servorum, vel se ipsos
puros conseruent. Si non fecerint, a-
lieni ab Ecclesia habeantur.* Hæc
ibi. Sanè ipsum Concilium Eli-
bertinum fuit particulare sive
Provinciale, in quo pauci episco-
pi aderant: at secundum Conci-
lium Nicenum, quod sancivit,
sacras Imágenes retinendas & ho-
norandas esse à fidelibus, fuit Ge-
nerale atque Oecumenicum. Au-
toritas autem Concilii Genera-
lis ritè celebrati indubitanter præ-

Concilii
Niceni
secundi
decretum
pro cultu
sacrarum
Imagi-
num.

ferenda est auctoritati cuiusvis
Concilii particularis. Non fuerit
intempestivum hîc obiter adno-
tare, quòd Concilia Generalia le-
gitimè congregata, licèt ex ho-
minibus constent qui errare pos-
sunt, quia tamen repræsentant
universam Ecclesiam, quam Spi-
ritus sanctus nunquam errare si-
nit, erroris expertia sunt. Sed par-
ticularia Concilia possunt errare:
& dum errant, corriguntur per
Generalia. Concilia tamen ple-
naria quæ præcesserunt nonnun-
quam emendantur posterioribus
Conciliis plenariis, non quidem
quoad fidem, sed quoad illa quæ
ad regimen Ecclesiasticum, vi-
tamque Clericorum, & ad con-
suetudines ac ritus spectant. Ta-
lia enim in Conciliis Generali-
bus pro temporum, locorum ac
personarum conditione atq; qua-
litate, absque præiudicio fidei va-
riantur: nam in fide, & in his quæ
saluti nostræ necessaria sunt, nul-
la fit mutatio. Nō est igitur quòd
hæretici gloriantur de suis obje-
ctionibus, quoniam frivolæ sunt.

Ecclesia optimam traditionem,
quam ab Apostolis & eorum suc-
cessoribus accepit, diligenter re-
tinet; sciens, sinceram sanctarum
Imaginum venerationem, & no-
bis admodum utilem, & Deo gra-
tam esse. Nam in huiusmodi ve-
neratione non in materia & colo-
ribus honorem constituimus: sed
cogitationem atque intentionem
animi referimus ad prototypa, &
sanctos beatosque Dei amicos in
caelo

12.
Prototy-
pon præ-
pue bono-
ratur in
imagi-
ne.

Facula Appen- dix. 13. Magna est aucto- ritas tra- ditionum quemvis scripta non sint. Cap. 17.

cælo cum Domino regnantes, quorum effigies contemplamur.

Libet hic adjicere unam aut alteram sententiam Basilii Magni de traditionibus non scriptis. Is enim in libro quem de Spiritu S. edidit, loquitur in hunc modum: Dogmata qua in Ecclesia prædicantur, quedam habemus è doctrina scripto prodita, quedam rursus ex Apostolorum traditione in mysterio, id est, in occulto tradita recepimus. Quorum utraq; parem vim habent ad pietatem: nec his contradicit, quisquis sanè vel tenuiter expertus est, qua sint fura Ecclesiastica. Et postquam ipse Basilius multa ibi commemoravit, quæ non ex Scriptura aliqua Canonica, sed ex secreta traditione habemus, adjungit hæc verba: Desiciet me dies, si Ecclesia mysteria circa scriptum tradita pergam recensere.

J. III.

DE HÆRESIBUS ET HÆRETICIS.

Dicta Patrum lectu dignissima proferuntur.

1. Hæretici Novatores contra totius Ecclesie receptissimum consensum docent.
2. Antiquitatis doctrina contra eos est firmissimè retinenda.
3. Etiam diabolus pro se citavit Scripturas.
4. Traditio igitur constanter servanda.
5. Inconstantia & dissensio hæreticorum; unitas & consensus Catholicorum certa nota est.
6. Cum hæreticis nullatenus communicandum.
7. Solo traditionis pondere pugnandum contra hæreticos.
8. Ecclesiarum Apostolicarum traditio de rebus fidei ab omnibus custodienda.
9. Extra Ecclesiam Catholicam salus null.

10. In qua boni sunt permixti malis, rectè tamen credentibus, sed perveris viventibus.

BEATISSIMUS Paulus Aposto- lus priorem epistolam quam ad Timotheum scripsit, ita concludit: O Timothee depositum custo- di, devitans profanas vocum novita- tes, & oppositiones falsi nominis sci- entia, quam quidam promittentes, circa fidem exciderunt.

Vincentius Lirinensis, vetustus & pius Scriptor, disputans ad- versus hæreses, loquitur de prædictis Pauli verbis hunc in mo- dum: Profanas, inquit, vocum novitates, id est, dogmatum, rerum, sententiarum novitates, que sunt vetustati, qua antiquitati contraria.

Qua si recipiantur, necesse est ut fides beatorum Patrum aut tota aut certè magnà ex parte violetur, necesse est ut omnes omnium ætatum fideles, omnes Sancti, omnes casti, continentes, virgines, omnes, Clerici, Levite & Sacerdotes, tanta Confessorum millia, tanti Martyrum exercitus, tanta urbium, tanta populorum celebritas & multitudo, tot insula, tot Provincia, Reges, gentes, regna, nationes, totus postremò jam panè terrarum orbis, per Catholicam fidem Christo capiti incorporatus, tanto sæculorum tractu ignorasse, errasse, blasphemasse, nescisse quid crederet, pronuntietur. Profanas, inquit, vocum novitates devita: quas recipere atq; seclari, nunquam Catholicorum, semper verò hæretico- rum fuit.

Et paucis interjectis ait idem

O o o o

Vin.

I. Hæresi- cor esse Novato- res. I. Tim. 6.

Etiam contra omnem venerabilem Antiquitatem, teste Vincentio Lirinensi.

Facula
Appen-
dix.

Vincentius: *Cunctis evidenter perspicueq; monstratur, hoc apud omnes ferè hæreticos quasi solemne esse atq; legitimum, ut semper profanis novitatibus gaudeant, antiquitatis scita fastidiant, & per oppositiones falsi nominis scientia, à sîde naufragent. Contra verò Catholicorum hoc ferè proprium, deposita sanctorum Patrum & commissa servare, damnare profanas novitates, sicut prædixit & iterùm dixit Apostolus: Si quis annuntiaverit præterquam quod acceptum est, anathema sit.*

2. Divus Alexander, quintus à Petro Apostolo Pontifex Romanus, & Martyr, in epistola quam scripsit ad omnes Orthodoxos, ait: *Scriptum est, Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt Patres tui. Terminos indubitanter transgreditur, qui statuta Patrum postponit atq; confundit. Pervenit namq; ad conscientiam Apostolica Sedis, quòd nonnulli sunt tam stolidi, qui Dominica præcepta, & Apostolorum eorumq; successorum statuta minimè observant, &c.*

D. Epiphanius secundo libro Contra hæreses, Terminis, inquit, nobis positi sunt, & fundamenta, & edificatio fidei, & Apostolorum traditiones, & Scripturæ sacræ, & successiones doctrinæ: & unde quaq; veritas Dei munita est. Nemo ergo decipiat novis fabulis.

3. Hieronymus scribens adversus Luciferianos, ait: *In illa Ecclesia permanendum est, quæ ab Apostolis fundata usq; in hunc diem durat. Neque sibi blandiantur (hæ-*

Scriptura
vna solam
atiam
diaboli
citavit,
et testa-

retici) si de Scripturarum capitulis videntur sibi id confirmare quòd dicunt: cum & diabolus de Scripturis aliqua sit locutus, & Scripturæ non in legendo, sed in intelligendo consistant.

D. Basilius in sua ad Antiochenam Ecclesiam epistola, Nos, inquit, mentis nostræ germina tradere non audemus, ne humana commenta existimentur esse verba religionis: sed quæ à sanctis Patribus edocti sumus, ea interrogantibus annuntiamus.

Idem Basilius contra hæreticos Sabellianos & Arrium: *Te pacatum reddat traditio. Dominus ita docuit, Patres observaverunt, confirmaverunt Martyres. Sufficiat dicere: Sic edoctus sum.*

D. Athanasius ad Epictetum Episcopum Corinthiorum: *Hoc solummodò respondere ad talia & dicere sufficit, quòd ista non sunt Catholica Ecclesie, neq; ista Patres nostri senserunt.*

Idem Athanasius in decretis Synodi Ephesinæ: *Homines sunt, ut dixit Jacobus Apostolus, duplici animo, & instabiles in omnibus viis suis, nec eamdem habentes sententiam, sed nunc in hanc, nunc in illam sese vertentes: & nunc quidem probantes quòd dicunt, mox verò vituperantes quòd antè laudaverunt. Hoc verò veros Doctores arguit, se eadem inter sese profiteantur, neque diversa sentiant, vel inter se vel à suis majoribus dissidentes. Etenim qui hunc in modum affecti nò sunt, improbius quam veri Doctores dicendi sunt.*

D. Ire-

tur 3.
Hierony-
mu.
Matt. 4

4.
Servan-
de tradi-
tionis
iuxta
mentem
S. Basili-
& S. A-
thanasii.

5.
Hæreti-
corum
nota dis-
senso,
Catholi-
corum ve-
rò unita-
ex Atha-
nassi &
Irenæi
doctrina.
Iacob. 3.

Facula
Hæreticorum.

D. Irenæus quinto aduersus hæreses libro; Vbiq, Ecclesia prædicat veritatem: atqui relinquunt præconium Ecclesiæ, imperitiam sanctorum Presbyterorum arguunt; non contemplantes quantum pluris sit idiota religiosus, à blasphemo & impudente sôphistâ. Tales autem sunt omnes hæretici, qui se plus aliquid præter veritatem invenire putant: variè & multipliciter, & imbecillè facientes iter, de eisdem non semper eisdem sententias habentes. Fugere igitur oportet sententias ipsorum, confugere autem ad Ecclesiam, & ejus sinu educari, & Dominicis Scripturis erudiri.

6. Idem Irenæus libro tertio: Polycarpus vir multo majoris auctoritatis & fidelioris veritatis est testis, quam Valentinus & Marcion, & reliqui qui sunt perverse doctrina. Is enim est, qui sub Aniceto cum advenisset in urbem (Romam) multos ex his, quos prædiximus hæreticos, convertit in Ecclesiam Dei: unam & solam hanc veritatem annuntians ab Apostolis percepisse se, quam & Ecclesia tradidit. Et sunt qui audierunt eum dicentem, quoniam Johannes Domini discipulus in Epheso iens lavari, cum vidisset intus Cerinthum, exilierit de balneo non lotus, dicens quod timeat ne balneum concidat, cum intus esset Cerinthus inimicus veritatis. Et ipse Polycarpus, Marcioni aliquando occurrenti sibi, & dicenti, Cognosce nos, respondit: Cognosco te primogenitum satanae. Tantum Apostoli & eorum discipuli habuerunt timorem, ut ne

que verbotenus communicarent alicui eorum qui adulteraverant veritatem, quemadmodum & Paulus ait: Hæreticum hominem post unam correctionem devota: sciens quoniam perversus est qui est talis, & à semetipso damnatus.

Rursum Irenæus scribens Florino hæretico, qui aduersus veritatem inauditis figmentis insaniebat, ita (teste Eusebio Cæsariensi) loquitur: † Hæc dogmata, Florine, qua asseris, confidenter dico, quia non sunt sana sententia. Hæc dogmata non sunt consona Ecclesiastica fidei. Hæc dogmata ne illi quidem, qui de Ecclesia pulsati sunt hæretici, potuerunt aliquando commentari. Hæc dogmata impietatem docent. Hæc dogmata sancti illi Presbyteri, qui ante nos fuerunt, nunquam protulerunt; illi qui & Apostolos viderant, quos & tu nosti. Vidi enim te, dum adhuc puer essem, in Asia apud Polycarpum, tunc quidem præclarè agentem, dum adhuc esses in aula, & studentem placere Polycarpo. Multo enim magis mihi illius temporis rerum gestarum inhaeret memoria, quam presentis: quia ea quæ à pueris discimus, cum anima ipsa coalescunt & adherent ei. Unde etiam locum ipsum tibi dicere possum, in quo sedens disputabat sanctus Polycarpus, & incessum illius, & vultum, ac totius vite modum, ac corporis formam. Sed & orationes quas habebat ad populum, & conversa-

† De his verbis Rev. P. F. Franciscus Fevardentius num. 72. super caput 1. libri 1. S. Irenæi aduersus hæreses, citat Eusebium lib. 5. Historiæ cap. 19.

Oooo 2

110m

Facula
Hæreti-
corum.

tionem quæ fuerat ei cum Joanne, (sicut ipse narrare solitus erat) & cum ceteris, qui ipsum Dominum viderant: & quomodo dicta eorum, & item ipsius Domini (quæ illi ex eo audiverant) recitabat, item quæ de virtutibus & doctrinis ejus dicebat: quomodo deniq; omnia à spectatori- bus ipsius Verbi accepta & Scripturis consonantia memoriter referre solitus erat. Quæ tunc ego pro misericordiâ Dei, quam mihi donare dignatus est, attentius & studiosius audiens, describebam, non in chartis, sed in corde meo: quæ etiam nunc per gratiam Dei fideliter custodio, & mecum ipse sine intermissione rumino. Deum ego testor, & in conspectu ejus affirmo, quia si quid tale audivisset beatus & Apostolicus vir Polycarpus, exclamasset statim, & aures suas obturasset, ac sicut moris erat ei, dixisset: Deus bone! in qua temporæ me reservasti, ut hæc audiâ? Nonne etiam ipsum continuo locum fugisset, in quo sedens vel stans hujusmodi verba audisset?

8. Tertullianus in libro de Præ-
scriptionibus adversus hæreticos:
Christus Apostolos misit ad prædi-
candum, quod illis revelavit. Quid
autem predicaverint, id est, quid il-
lis Christus revelaverit, hæc præscri-
bam non aliter probari debere, nisi
per Ecclesias, quas ipsi Apostoli con-
diderunt, eis predicando tam viva
(quod a jure) voce, quam per Episto-
las postea. Si hæc ita sunt, constat
proinde, omnem doctrinam, quæ cum
illis Ecclesiis Apostolicis matricibus
& originalibus fidei conspiraret, veri-

tati deputandam, id sine dubio te-
nentem, quod Ecclesia ab Apostolis,
Apostoli à Christo, Christus à Deo
suscepit: reliquam verò omnem do-
ctrinam de mendacio præjudican-
dam, quæ sapiat contra veritatem
Ecclesiarum & Apostolorum, &
Christi, & Dei.

D. Fabianus Pontifex summus
& Martyr in prima sua epistola:
Cavete ab omnibus, qui aliam fidem
& doctrinam tenent, quam Aposto-
li & successores eorum tenuerunt, &
docuerunt: ne (quod absit) post eos
abeuntes, in laqueum satanæ cada-
tis, & compedibus eius detineamini.

D. Augustinus in libro de Ve-
ra Religione: Neq; in confusione
paganorum, neque in purgamentis
hæreticorum, neq; in languore schis-
maticorum, neq; in cecitate Judæo-
rum quærenda est Religio: sed apud
eos solos, qui Christiani Catholici vel
Orthodoxi nominantur.

Idem Augustinus (vel, ut aliis
placet, Fulgentius) in libello de
Fide ad Petrum: Firmissime tene,
& nullatenus dubites, quemlibet
hæreticum sive schismaticum, si Ec-
clesia Catholica non fuerit aggrega-
tus, quantascunque elemosynas fe-
cerit, etsi pro Christi nomine etiam
fuderit, nullatenus posse salvari.

Ipsè Augustinus quarto libro
de Baptismo adversus Donati-
stas: Constituamus aliquem castum,
continentem, non avarum, non ido-
lis servientem, hospitalem, indigentibus ministrantem, non cuiquam ini-
micum, non contentiosum, patientem,
quietum, sobrium, frugalem, sed hæ-

re-

Auctori-
tas tradi-
tionis ab
Ecclesiis
Apostoli-
cis deri-
vata, à
Tertullia-
no demõ-
stratur,
& à Fa-
biano at-
que Au-
gustino.

9.
Non est
salus em-
pta Ec-
clesiam
Catholi-
cam, teste
Augusti-
no.

Facula
Hereti-
corum.

10.
In Eccle-
sia sunt
boni sunt
mali 3
quod ali-
quoties
jam ex
blaspho-
dem ar-
gumentis
ostensit.
Ephes. 7.
Matt. 13
Luc. 1.
Matt. 3.

reticum: nulli utiq³ dubium, eum
propter hoc solum, quod hereticus est,
regnum Dei non esse possessurum.

Quidam pius Scriptor: Paulus
Apostolus Ecclesiam dicit esse corpus
Christi. In hoc corpore mystico sunt
membra sana, sunt & ulceroſa: quia
in Ecclesia Dei, quamdiu exsili-
hujus peregrinatio durat, sunt non
solum boni, verum etiam mali,
rectam Catholicamq³ fidem retinen-
tes. Unde ipsa Ecclesia in Evange-
lio assimilatur sagenæ congreganti
bonos pisces & malos: comparatur
item area habenti triticum & pa-
leas. Quod si ulceroſa membra Ec-
clesie permanserint insanabilia, ubi
mors advenerit, praciduntur à cor-
pore, tanquam infructuosi atq³ aridi
palmites à vite, & mittentur in
ignem. Ceterum illi, qui per hereses
& schismata separant se ab Eccle-
sia, sunt pisces mali qui diruperunt
sagenam, & exilierunt foras: sunt
paleae leves, quas ventus superbiae
extra aream expulit: sunt membra
emortua, jam à corpore resecla. Ipsi
dicunt Catholicos male vivere: &
attendentes grandem palearum a-
cervum in area Dominica, putant
ibi grana non esse. Non enim vi-
dent, vel potius videre nolunt bonos
in Ecclesia, cum tamen in ea pluri-
mi sint boni: sed hi tanquam triticum
inter paleas latent, atq³ à paleis se-
premi patiuntur, donec Deus ipsos
in horreum suum congreget. At illi
qui quasi paleae instabiles ex area e-
volarunt, non sibi placeant de exter-
na morum honestate, si quam habent:
nō arbitrentur se rectè valere, mem-

bra quae corpus reliquerunt. Enim-
vero minùs desperatur salus eorum,
membrorum, quae sanie quidem dif-
fluunt, sed corpori adhuc coherent;
quàm illorum membrorum, quae inte-
gritatem pra se ferunt, sed à corpo-
re disjuncta sunt. Hereticus etiam si
multis operibus bonis abundare vi-
deatur, perditus tamen est: quia
cum sit membrum à Corpore Christi
revulsum atq³ amputatum, vitam
gratiae à capite Christo non recipit.
Etiam si ornatus admodum atq³ ele-
gans sit in verbis, & scientiam fi-
demq³ magnam habeat, & omnes
facultates suas in cibos pauperum
distribuat, & corpus suum pro fide
quam tenet incendio tradat: nihil
tamen ei profunt illa omnia, quia
veram charitatem non habet. Fieri
enim nequit, ut verâ charitate pre-
ditus sit, cum verâ humilitate ca-
reat, & unitatem Ecclesiae scindat.
Gravissimus Dei hostis est, & salu-
tem nullomodo consequi potest, nisi
depositâ ac repudiâtâ heresi, sese
unitati Ecclesiae adjungat, & fidem
Catholicâ amplectatur. Nam si hu-
milis factus, cervices suas ad pedes
matris Ecclesiae demiserit, & piè ex-
ercuerit atq³ coluerit ea quae Eccle-
sia Dei exercet ac colit, jam rectè vi-
vendo salvus erit.

DEO GLORIA.

HÆC facula faciem primiti-
va Ecclesiae uticunq³ ostendens,
collecta fuit anno Domini millesimo
quingentesimo & sexagesimo primo,
mense Octobri: quae licet in modum
farraginis confusa esse videatur,

Oooo 3

pro-

Expostu-
latio
Christi
Iesu.

prodesse tamen poterit hæreticis, si ipsi illam diligenter legere atq; expendere voluerint.

† Observa, Lector, Faculam à R. D. Blofio scriptam annis quinque antefacrilegam in Belgicis Ecclesiis iconomachiam, cujus Chronologia, est litteraria in verbis sacris 1. Machabæorum 3. Sancta 1. Va. Con. CVL. Casa 1. Vnt & Conta. Misnata. Quod autem tam validis argumentis, tam appositis Patrum sententiis, in exordio hæreseon pro Defensione fidei pugnavit Blofius, magnopere mirandum & prædicandum est.

EXPOSTULATIO JESU CHRISTI

D E

INGRATITVDINE PHILOCÆNOPOLEOS;

Cujus Governatores novampravamque doctrinam amant, & favent novatoribus hæreticis.

1. Querela de levitate permittentium & amplexantium hæreticorum prædicationem.
2. Nec vita moraliter bona, nec magna scientia, nec mors ipsa pro sectu suis tolerata, prodest hæreticis ad salutem.
3. Contra eos qui tolerant hæreticorum prædicationem.
4. Hæretici non annuntiant purum DEI verbum, sed depravatum: neq; fidem primitivam Ecclesiam, sed aliam ex diametro ei contrariam.
5. Non solum Scriptura Canonica, verum etiam traditiones divinae, sunt verbum Dei, & regula fidei.
6. Perissimum est, Scripturas sufficere ad salutem, ad humilibus tantum, & obedientibus; quibus ostenditur esse magistrum & ducem salutis Ecclesiam, etiam absq; ullis sacris scripturis.
7. Extra Ecclesiam positus, eiq; non obediens, extra spem salutis est. Ecclesia sub Christo caput est Pontifex Romanus.
8. Hæretici novatores, nec sunt Ecclesia, nec intra Ecclesiam.

1. I. Ifa. 1. Levitas
toru qui
favent
hæreticis

9. Apostrophe ad fideles, maximè Ecclesiasticos & Religiosos, ut vitam moresq; emendent.

AVDITE cali, & auribus percipite terra. Videte omnes qui diligitis veritatem, & ob-

stupefcite; considerate, & aestimate, quanta sit ingratitude Philocænopoleos, quanta negligentia & infidelitas Governatorum ejus. Ego illos enutivi & exaltavi, optaviq; ut urbs illa priscum pietatis decorem servaret: sed nunc vera Religio cultusq; mihi gratus, magna ex parte in ea collapsus atque extinctus est. Ibi enim hæretici sinuntur passim errores disseminare, & animas, pro quibus sanguinem meum fudi, perimere. Ibi vecordes viri ac feminae relinquunt fidem antiquam, fidem veram atque certissimam, quam Apostoli mei, & eorum discipuli, ac Martyres Orthodoxique Patres omnes tenuerunt: relinquunt & abjiciunt illam, ut novam impiamque hæreticorum doctrinam amplectantur.

Sed vae ipsis hæreticis! qui more aprorum agrestium devastant vineam meam, & inestimabile damnunt inferunt terrestri familiae meae. Vae genti peccatrici, populo gravi iniquitate, semini nequam, filiiis sceleratis: dereliquerunt Dominum, blasphemaverunt sanctum Israel, abalienati sunt retrorsum. Hi membra sunt diaboli, quæ sese à corpore meo mystico præciderunt, & jam vita gratiæ destituta marcescunt. Non est quod sibi blandiantur de externâ morum honestate, & sermonis elegantia. Etiam si linguis Angelorum loquantur, etiam si scientiam & fidem magnam habeant, justè

etiam nov
vitiati;
sen qui
Ph. loca
nopolin,
id est A.
manem
novitia-
tum civi-
tatem ad-
distant.

2.
Nec bona
vita, nec
magna
scientia
prodest
hæreticis
ad salu-
tem.
Ira. 1.

1. Cor.
13.

Expositio
lucio
Christi
Iesu.

etiamsi facultates suas in cibos pauperum distribuunt, etiamsi iuste admodum vivere videantur, etiamsi corpora sua pro cariosa fide, quam tenent, incendio tradant, perditum tamen sunt, quia charitatem non habent. Fieri tamen nequit, ut charitate sint præditi, cum superbiâ atque arrogantia elati inflatiq̄ue obedire nolint Ecclesiæ, & unitatem ejus scindant. Sunt hostes mei gravissimi: sunt impietatis rei, & æternæ damnationi proximi.

Gal. 3.
Hæreticorum prædicationem ab ipsius fœderum ministris factam, nefas est admittere aut tollerare.

O imprudentes civitatis Gubernatores! quis vos ita fascinat, ut permitteretis illos veritatem impugnare, & liberè prædicare aliam fidem, quàm tradita fuit olim à sanctissimis Patribus, atque à clarissimis verisq̄ue Senatoribus & à fidei populo servata? Catholici ac pii omnes, qui nunc in memorata urbe habitant, dolent, gemunt, suspirant & lugent, cernentes omnia ab hæreticis everti atque profanari in Ecclesia mea. Ecce jam infernus aperuit dilatavitq̄ue os suum absque termino; & ad eum innumeræ animæ, hæresum veneno obrutæ, quotidie descendunt. Vos, ô Gubernatores, vos estis præcipua causa horum ingentium malorum. A vobis ego requiram perditionem tam multarum animarum. Vos penas luctus æternas: nisi citò modis omnibus impediveritis improbos pestilentissimorum hominum conatus. Quid? Adeo nestolidi estis, ut eis ineptè gannientibus, & no-

va absurdaq̄ue dogmata in medium proferentibus, credatis? Debeatis vel centies (si fieri posset) emori, potiùs quàm illos audiendo veram Apostolicamq̄ue fidem, plurimis miraculis & Martyrum meorum sanguine comprobatum relinquere vel mutare.

Illi nituntur vos abducere ac pertrahere secum in gehennam, & eos sequimini? Dicunt se purum Verbum Dei annuntiare, sed non est ita. Annuntiant enim verbum Dei pravis à se expositionibus adulteratum & corruptum. Ecclesia mea Catholica, omnes electi mei à Spiritu sancto illuminati, semper intellexerunt Scripturas sacras sicut intelligi debent: sed isti superbi & arrogantes nunc eas aliter prorsus interpretari volunt: unde & horrendis errorum tenebris involvuntur.

4.
Nec enim pradicant verbum Dei purum ac putum, ut falsè jactant.

Afferunt se tenere, aliisq̄ue proponere fidem & doctrinam primitivæ Ecclesiæ: at Patres ipsius Ecclesiæ primitivæ in libellis quos scripserunt, apertè cōvincunt eos mendacii. Legite Evangelium, & alios codices novi Testamenti, legite Liturgia Jacobi Apostoli mei, legite epistolas Martialis discipuli mei, legite scripta Abdæ, Clemētis, Dionysii Areopagitæ, Ignatii, Polycarpi, & aliorum Patrum ac Martyrum, qui ab Apostolis meis rectam fidem susceperunt, & cum eis multo tempore conversati sunt: legite, inquam, horum scripta, & perspicuè cognoscetis, fidem ac doctrinam primitivæ Ecclesiæ.

Nec fœdem primitivæ Ecclesiæ.

Sed fœdas ex diametro oppositas.

cle-

Exposu-
latio
Christi
Iesu.

clesiæ ex diametro pugnare cū fide & doctrinā, quam peruersi isti Novatores ac populi seductores profitentur: videbitis, venerandos illos primitivæ Ecclesiæ Patres sic credidisse & sensisse de vera præsentia Corporis mei in Sacramento Eucharistiæ, de præcellentissimo Missæ Sacrificio, de discrimine inter Sacerdotes & laicos, de diversis gradibus Ordinis sacri, de invocatione Sanctorum mihi placitā, de utilissimā oratione quæ fit pro fidelibus defunctis, de quæ aliis divinis atque Ecclesiasticis rebus, sicut modò Ecclesia mea Catholica credit & sentit. Jam si Sancti illi in primitiva Ecclesia rectè crediderunt (eos autem rectè credidisse omnes, qui emotæ mentis non sunt, confiteri coguntur) palàm est, novæ fidei novorumque dogmatum cultores non rectè credere.

5.
Verbum
Dei etiā
traditio-
nibus nō
scriptis
contine-
tur.

Ioan. 16.

A & 1.

5. Aiunt etiam vesani & dementes isti, nihil, præter Scripturam Canonicam (qua ipsi perperam intellectā insolentissimè abutuntur) sed pro certo esse recipiendum: sed Patres primitivæ Ecclesiæ, in libris à se editis clarissimè ostendunt fallum hoc esse. Ipsum quoque Evangelium narrat, me, passione imminente, indicasse discipulis meis, quòd adhuc multa haberè eis dicenda, quæ tunc portare nō poterant. Ceterum postquam resurrexi à mortuis, opportuniùs eis locutus sum de regno Dei, sive de statu Ecclesiæ meæ in univèrsam orbem dilatandæ, Ita-

que Apostoli mei plurimā post resurrectionem meam ex me didicerunt, plurima Spiritu veritatis illustrati acceperunt atque fidelibus tradiderunt, quæ non sunt expressa in sacris Bibliis: & idem Spiritus sanctus etiam nunc docet atque gubernat Ecclesiam. Ego nolui omnia exprimi in divinis Litteris, ut disceretur humiliter obedire ipsi Ecclesiæ, & patere mihi vos ab illa instrui, *quæ est* (teste Apostolo meo Paulo) *columna & firmamentum veritatis,* & cum qua veritatis Spiritus (sicut ei promisi) manet in æternum, ob idque errare nescit in his quæ sunt fidei.

Abundè tamen sufficiunt omnibus Scripturæ Canonicæ. Imò verò humilibus veris que servis, & ancillis meis sufficere possunt hæc paucula verba, quæ Præpositis & Pastoribus Ecclesiæ dixi: *Qui vos audit, me audit; & qui vos spernit, me spernit.* Vel ista, quibus subjectos, ut eisdem Præpositis in omnibus obtemperent, admonui: *Quæcumq; dixerint vobis, servate & facite.* Ecclesia Spiritum meum pro doctore & ductore habens, nihil præcipit quod non conveniat: quare semper ei obediendum est. Certè de eo qui Ecclesiæ præceptis recusat parere, dixi jam olim & adhuc dico: *Si Ecclesiam non audierit, sit vobis sicut ethnicus & publicanus.* Per Samuelem quoque Prophetam sic locutus sum: *Quasi peccatum alicuius est repugnare, & quasi scelus idolo.*

6.
Suffici-
unt Scri-
ptura au-
dire vo-
lentibus
Ecclesiæ
ad quam
Scriptu-
ra ipsa
nos re-
munt.
Luc. 10.
Matth.
23.

Matt. 18
1. Reg.
15.

Exposu-
latio
Christi
Iesu.
7.
Qua est
extra Ec-
clesiam,
est extra
statum
salutis
acqui-
renda.

idololatriæ nolle acquiescere. Quæ
quidem verba sunt diligenter ad-
modum expendenda.

Vos civitatis Gubernatores
debueratis curare, ut abusus, qui
sunt in Ecclesia mea, tollerentur,
& recta fides maneret: sed ipsam
fidem quam per Apostolos aliof-
que servos meos toto orbe propa-
gaveram, pervertistis, Ecclesiæq;
unitatem didicistis; & ab ea vol-
ippos separastis. Scitote verò, quia
qui se ab Ecclesia disjungit, is à
me quoque disjunctus est: ego e-
nim sum caput Ecclesiæ, & ipsa

corpus meum est. Volui autem ei
præesse vice mea Pontificem in
in terris, legitimum Petri Apo-
stoli mei successorem. Dixi enim
Petro illi beatissimo: *Tu es Petrus,*
& super hanc petram edificabo Ec-
clesiam meam, & porte inferi non
prevalebunt adversus eam: iusti-
que ei specialiter ut pasceret &
more opilionis regeret oves meas:
iussi, inquam, ut ipse & successo-
res ejus gubernarent Ecclesiam
meam. Id ita esse hæretici quid-
dem negant, & Romanam atque
Catholicam Ecclesiam contem-
nunt, Papisticamque appellant:
verum tamen hæc vera & unica
Ecclesia mea est, licet in ea multi
mali bonis permixti sint, duran-
te hac vita. Est enim area conti-
nens triticum & paleas, ut Evan-
gelium testatur. Habet illud cor-
pus meum membra sana, habet
& ulcerosa per fidem Catholicam
ipsi coherencia, donec in morte
(si insanabilia permanferint) se-

parentur à corpore. Ergo illa quæ
Romanum Pontificem pro capite
suo & Vicario meo agnoscit, illa
quæ rectam fidem à principio sus-
ceptam nunquam deseruit, nec
mutavit, mea est Ecclesia. In hac
sola quærenda est sana sacrarum
Scripturarum intelligentia: &
nemo extra hanc salutem conse-
quitur, sicut nullus extra arcam
Noë diluvium evasit. Hæc est an-
tiqua illa & nobilis omnibusque
conspicua ciuitas super montem,
hoc est, super me posita, & super
petram illam à me confirmatam
ædificata: in qua qui non com-
moratur, mihi placere nequit.

Nulla modo putetis, superbos
Novatores hujus tempestatis esse
Ecclesiam, quantumvis ipsi di-
cant & gloriantur se id esse. Non
sunt Ecclesia, nec in Ecclesia: sed
sunt infructuosa & inutilia sar-
menta, à fertili illa & vite refecta,
& mox in ignem (si ad ipsam Ec-
clesiam humiliter non redierint)
mittenda. Horum enim recens ac
perversa fides atq; doctrina omni-
no contraria est fidei & doctrinæ,
quam à temporibus Apostolorum
in hunc usque diem tenuit Ecce-
lesia mea. Fugite igitur eos tam-
quam veritatis inimicos, & sata-
na ministros. Quòd si eis favere,
& impia eorum dogmata ample-
cti non deseritis, proculdubio u-
nà cum ipsis in æternum peribit-
tis.

Et vos qui Catholicam fidem
in Ecclesia mea retinere videmi-
ni, sed vitam iniquam Christia-
nisque

8.
Novato-
res, nec
sunt Ec-
clesia,
nec Ecce-
siam mem-
bra
Ioan. 15.

9.
Epilogus
Iesu Chri-
sti, & en

9.
Epilogus
Iesu Chri-
sti, & en

P P P P

Expostu-
lacio
Christi
Iesu.
hortatio
ad emen-
dationem
Vite in
Ecclesia
sanctaCa-
tholica.

nisque prorsus indignam agitis, corrigite perversos mores vestros. Vos Sacerdotes, vos Monachi, vos feminae & virgines Deo dicatae atque consecratae, perpendite diligenter quantam puritatem & sanctimoniam à vobis exigat sacer Ordo vester, atque eminens professio vestra. O rem execrandam! Siquidem plerique vestrum suis enormibus peccatis & sceleribus, sua incontinenti ac dissoluta vita mea me graviter offendunt, & ad iram provocant. Nonnulli Sacerdotes, omni timore atque pudore abjecto, voluntantur in ceno vitiorum. Liturgiam illam divinissimam, & sanctissimū Sacrificium sine reverentia peragunt. Mundissimum Corpus meū contaminatis manibus tractant, pollutoque ore sumunt. Verbis & operibus foedis alios scandalizant, atque ita vivunt, ut & mei & propriae salutis penitus obliti esse videantur. Hi profecto à Praepositis severissime coerceri atque puniri deberent. Nam & me exacerbant; & haereticis magnam occasionem praebent despiciendi sacratissimam Missam, & congerendi maledicta in Ecclesiam meam. Solent enim ipsi haeretici attendere paleas in area mea magis quam triticum: solent curiosè inspicere malos Sacerdotes & malos Monachos in Ecclesia. Nam bonos non vident, vel potius videre nolunt: quia & Sacerdotes & Monachos, & ipsum Sacerdotium atque Monachatum oderunt:

aversanturque. Vos igitur Clerici atque laici omnes, qui intra parietes domus meae estis, qui Ecclesiam non reliquistis, studete bene vivere, ut maledica haereticorum ora obmutescere faciatis. Ego sanè his qui ex animo sese corrigent, beatitudinem caelestem donabo: eos verò qui in peccatis perseverabunt, sempiternis inferni incendiis tradam. Haec dicere me compulit ingens amor, quo salutem vestram desidero. Gratia mea cum omnibus vobis.

ANNOTATIO
AD EXPOSTULATIONEM
CHRISTI.

PHILOCAENOPOLIS, Latine ^{r.} dicitur. Civitas amans & cupida novitatis: quod quidem ^{Philocaenopolis quae urbs & ubi facta} vocabulum nunc convenit pluribus urbibus, quae novis absurdisque haereticorum dogmatibus delectantur.

Si quis vult plenissime cognoscere veritatem eorum quae in hac Expostulatione dicta sunt, potest legere libellum nostrum sic inscriptum, *Facula, illuminandis, & ab errore avocandis haereticis accommodata.* In eo enim libello plurima cōgesta sunt testimonia, deprompta ex Bibliis sacris, & lucubrationibus sanctorum Patrum ac Martyrum primitivae Ecclesiae; videlicet ex Liturgia Jacobi ^{2.}

Exposu-
latio Ie-
su Chri-
sti.

cobi Apostoli, ex scriptis Martialis Abdias, Dionysii Areopagitæ, Ignatii, Polycarpi, Clementis, Anacleti, Evaristi, Alexandri, Xysti, Telesphori, Hygini, Pii, Aniceti, Soteris, Irenæi, Justinii, Hippolyti, & aliorum.

3.
Elogia
quorum-
dam Pa-
trum in
Facula
nitatorum
ex primi-
tiva
& Apo-
stolica
Ecclesia.

Porro Martialis discipulus fuit Domini nostri Jesu Christi, qui præsens erat, cum ipse Christus in ultima Cœna institueret sacrosanctam Eucharistiam, & cum in horro comprehenderetur, cumque ascenderet in cælum, ut in epistolis suis manifestè testatur Abdias etiam Christum vidit in carne. Dionysius Martyr, fuit discipulus S. Pauli. Ignatius & Polycarpus Martyres fuerunt discipuli S. Joannis. Clemens itidem Martyr, discipulus fuit S. Petri Apostolorum Principis, atque ejus successor in summo Pontificatu. Clementi successit Anacletus, Anacleto Evaristus, Evaristo Alexander, Alexandro Xystus, Xysto Telesphorus, Telesphoro Hyginus, Hygino Pius, Pio Anicetus, Aniceto Soter. Qui etiam omnes Pontifices pro fide Catholica

sanguinem fuderunt. Irenæus Martyr vixit tempore Soteris: fuerat autem in adolescentia sua auditor & discipulus Polycarpi. Justinus Martyr floruit paulò ante Ireneum, & Hippolitus paulò post Irenæum. Itaque ex prædicta Facula clarissimè liquet, primitivam Ecclesiam idem sensisse de Deo, rebusque divinis & Ecclesiasticis, quod modò Romana atque Catholica Ecclesia sentit.

O igitur clementissimam hæreticorum superbiam atque arrogantiam, qui à primitiva præsentique Ecclesiæ, à solida firmaque veritatis columna tam impudenter in fide ac doctrina dissentiunt! ipsi densissimis tenebris circumfusi, tantum à veritate distant, quantum terra à cælo disjuncta est: & tamen, ut imperitis imponant, se eximie illuminatos, se veritatis assertores, se Evangelicos & puri verbi Dei prædicatores dicunt. Deus eos ad sanam mentem, sanctamque humilitatem revocare dignetur. Amen.

4.
Hæreticorum caeca & demens obstinatio.



HLUDOWICI BLOSI
DEFENSIONIS
VERÆ FIDEI

ADVERSUS

S. ECCLESIAE CATHOLICAE HOSTES

PARS TERTIA,

S I V E

AD NOBILEM MATRONAM
COGNATAM SVAM

AB HÆRETICIS SEDUCTAM

EPISTOLA,

GALLICE TUNC SCRIPTA;

LATINE NUNC REDITA.

PERIOCHA EPISTOLÆ.

1. Occasio scribendi.
2. Monet cognatam sanctæ educationis.
3. Lucem hæreticorum esse meras tenebras.
4. Doctrinam Ecclesie antiquissimam ab Apostolis acceptam: hæreticorum vero hesternam tantum.
5. In Ecclesia tantum Catholica Scripturæ recte intelligi.
6. Hæreticos autem ipsi ilaqueari.
7. Obedire Ecclesie, est Deo obedire.
8. Hæreticos non sequi Christum humilem, sed diabolum auctorem inobedientie & superbie.
9. Innumeros esse in Ecclesia, qui zelum habent Dei & animarum.
10. Cultus imaginum non est idololatriæ.
11. Nec à Deo prohibitus;

12. Sed valde conveniens fidelibus;
13. Ipso Lutero satente.
14. Et Concilij approbansibus.
15. Blasphemum est cultum Eucharistia vocare idololatricum.
16. Qui ita sentiunt aut loquuntur, pagani sunt potius quàm Christiani.
17. Hortatur ad respicientiam.



Amdudum ad te, cognata mea, litteras dedi per juvenem quemdam, qui in Italiam profiscebatur: sed quia in reditu dixit se neu-

1.
Occasio
ejus Epistola.

neutiquam te reperisse Genuevæ, ubi te fore existimabat, nescio an illas acceperis. Postea verò ostensa mihi fuit Epistola, quam ad Dominam Barbanfoniã, veterem educatricem tuam, destinasti: in qua nimirum Epistolã scribis, te illud unum duntaxat dolere, quòd ferius in Provinciam illam, in qua nunc moraris adveneris; ubi dicis vitam agi honestissimam, purum Dei verbum annuntiarì, & admoneri quemlibet ut secundùm illud vivat, & non secundùm inventiones hominum, qui nihil docent quod inferviat gloriæ Dei, sed omnia propter lucrum, cum ingenti animarum detrimento ob idololatriam, quam quotidie committere coguntur, &c. Ecce tibi, si bene memini, summam, imò ipsamet verba magna ex parte tuæ Epistolæ: quæ propterea occasionem mihi ministravit, denuò ad te scribendi, & literas hæc iteratas mittendi, loco responsionis ad supradicta verba tuis in litteris comprehensa.

2. *Monet seductã pristinã educario- nẽ.*
 Obscuro te autem, cognata mea, velis mihi condonare, si liberius loquar, & absque dissimulatione dicam tibi, quæ judicavi dictu necessaria. Desiderium summum tuæ salutis, quo afficior, ad hoc me cogit. O si bene memoriæ & intellectui tuo impressisses pulcherrimas admonitiones, quas sæpius ex ore Domine Barbanfoniæ audivisti; præsertim verò defunctæ Domine

matris tuæ! Si conata fuisses illarum Catholicam vitam sequi, nunquam loquereris ea quæ nunc loqueris, nunquam ibi morareris, ubi nunc moraris.

Dicis, illud tibi duntaxat dolendum videri, quòd ferius ad illam Provinciam veneris in qua nunc habitas: hoc est, ad illam formam vitæ atque doctrinæ, quam nunc sectaris. Heu! quis absque tristibus gemitibus talia verba ab ore tuo audiat! Nimirum falleris: lutum pro auro amplecteris, & tenebras pro luce dilaudas. Deus ex benignissimâ gratia sua dignetur sibi verum lumen infundere.

Certè doctrina, quam nos amplectimur, recepta & custodita fuit in Ecclesia Catholica jam inde ab Ascensione Domini nostri, & à temporibus Apostolorum, usque ad præsentem diem: quod manifestum est, potestque facile probari, tam ex Scripturis ipsorum Apostolorum, quàm ex scriptis, quæ reliquerunt ipsorum discipuli, & eorum qui ipso deinceps in Ecclesia successerunt & scripserunt; & ex cunctis Concilijs, quæ in eadem fuerunt celebrata. At doctrina, quam vos sectamini, excogitata & excitata primùm triginta duntaxat ab hinc annis fuit, nimirum ex quo Lutherus, Carolostadius, Oecolampadius, Zwinglius, Melancton, Bucerus, Bullingerus, Brennius, alijque similes farinæ hæretici, coeperunt Germaniam cor-

Equit. ad Cog. tam.

3. *Lux hæreticorũ tenebra densissimã.*

4. *Doctrina Ecclesia ab Apostolũ manifeste derivata.*

Hæreses nova & recentior excogitata.

Episto-
la ad
Cogna-
tani.

rumpere. Quòd si doctrina, quam nos observamus, quamque Ecclesia Catholica tot jam sæculis observavit, non esset bona; dereliquisset in errore Dominus noster Ecclesiam suam per mille quingentos & quadraginta annos; quod directè contradicit promissioni ipsius Domini in Evangelio factæ, quando Ecclesiæ suæ, membrisque ipsius, jam ex hoc mundo ad cælum ascensurus dixit: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usq; ad consummationem sæculi.* Sed impossibile est Dei promissionem non esse veracem & certam: quare etiam necessariò credendum, doctrinam Ecclesiæ Catholicæ (quam nos tenemus) sanctam esse. Et, si illa sancta est, vestra doctrina, quæ ipsi contraria est, necessariò mala est, Deoque odibilis.

Matth.
28.

¶
Vera in-
telligenti-
a Scri-
ptura, in
sola
Ecclesia
Catholi-
ca.

1. Tim. 3

Affirmas præterea, vestros non nisi purum Dei verbum prædicare. At ego respondeo, ipsos certissimè verbum Dei corrumpere, nec intelligere, aut exponere sacram Scripturam, sicut illa intelligi debet & exponi. In sola Ecclesia Catholica, quæ semper fuit, semperque erit à Spiritu sancto gubernata, (propter quam causam sanctus Paulus eam appellat columnam & firmamentum veritatis) in illa sola Ecclesia existit vera Scripturarum intelligentia. Hæc vera intelligentia non est nec unquam fuit, nec erit unquam in synagogis su-

perbientium hæreticorum, quæ doctrinam Ecclesiæ Catholicæ adversantem docent, atque ita se ab ejus unitate separant. Dominus noster ita sacram Scripturam disposuit, ut hæretici, hominesque interiùs corrupti, illà capiantur veluti laqueo; quod iusto iudicio permittit Deus. Unde Spiritus sanctus bene per Psalmistam hæc verba protulit: *Pluet super peccatores laqueos.*

Psal. 10.

Sufficiet hic unum exemplum apponere, propter nostri temporis hæreticos. Videmus quomodo illaqueati sint in eo, quod legunt in Evangelio, *Non quod intrat in os, conquinat hominem.* Nam ex occasione hujus sententiæ probare nituntur, nullum esse peccatum si quis Ferijs sextis, alijsve diebus ab Ecclesia prohibitis, carnes manducet. Nec intelligunt, non esse carnem quæ conquinat hominem, sed inobedientiam. Nam si esca carnum non fuisset illis diebus vetita, sine offensa posset quis vesci illà; quando autem prohibetur, obedire oportet. Peccatum quod patrarunt Adam & Eva vetitum fructum comedentes, ad oculum (ut loquuntur) nobis hoc clarissimè demonstrat.

Quod verò subjungis de inventionibus hominum, in eo satis declaras, quam de nobis hic de gentibus opinionem nutrias; nempe nos vivere secundum inventiones hominum, qui obtemperamus Ecclesiæ Catholicæ man-

6.

Hæretici non in-
telligunt,
sed illa-
queantur Scri-
ptura.
Matth.
15.

7.

Obedire
Ecclesiæ,
non est
obedi-
re homini-
bus sed
Deo.

mandatis. Appellas ordinationes Catholicæ Ecclesiæ; inventiones hominum; easque nullius auctoritatis esse iudicas: sed vehementer erras. Si liceret omnes ordinationes hominum rejicere; licitum etiam foret eas rejicere, quas nobis scripto reliquerunt S. Petrus, S. Paulus, S. Joannes, alijque Apostoli; homines enim illi fuerunt. Ecclesia nihil instituit, nihil præcipit à ratione alienum: illius præceptis & statutis obedire oportet, etiam quando in sacra Scriptura non essent expressa, æquè ac si in eadem expressa forent. Quidquid enim ipsa præcipit, firmiter est in Evangelio fundatum, ubi Jesus Christus illi ait, & eis, qui Superiores constituuntur in illa, sic loquitur:

Luc. 10. *Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit.* Imò vult Dominus noster etiam malis Superioribus non mala præcipientibus, nos obedire; quando ait:

Matth. 23. *Omnia quaecumque dixerint vobis, servate & facite: secundum opera vero eorum nolite facere.* Quando igitur obedimus Ecclesiæ, & Superioribus nostris, Deo obedimus: tu autem, & vestri, qui eisdem Ecclesiæ Catholicæ non vultis obedire, Deo rebelles estis.

8. Misere me cæcitatæ vestræ. Putatis sequi vos Jesum Christum; cum reverà sequamini auctorem arrogantiae & inobedientiae. Dic obsecro, quando profertis ore vel corde verba ista, Quare præcipitur in Ecclesia, ne

quis Ferijs sextis & Sabbatinis vescatur carnibus; nonne illum sequimini, qui primis parentibus nostris olim dixerat, *Cur præcepit vobis Deus, ne comederitis de omni ligno paradisi?* Jesus Christus humilitatis & obedientiæ magister est: dicit enim: *Discite à me, quia mitis sum & humilis corde.* Et iterum: *Descendi de celo, non ut faciam voluntatem meam.* Et Propheta Samuel satis clarè in verbo Dei loquitur: *Melior est obedientia, quàm victima.*

Addis rursus, existimare te, nostros homines nihil docere ad gloriam Dei, sed ad lucrum privatum duntaxat, in damnum publicum animarum, propter idololatrias quas cogimur committere, &c. Miratus sum equidem hoc iudicium tuum contra tuam ipsius conscientiam prolatum. Neque enim potes ignorare, quamvis apud nos aliqui fortè inveniantur prædicatores non omnino tales quales esse deberent, esse tamen quamplurimos optimæ & sanctissimæ vitæ, qui verè & ex animo quærant gloriam Dei & salutem animarum.

Quantum verò ad idololatrias, quarum in ijs mentionem, nescio sanè quid velis: imò mihi persuadeo, te neutiquam intelligere quid dicas. Si asseris, idololatriæ reos nos esse, quia in Ecclesijs nostris imagines retinemus Sanctorum, iisque honorem deferimus, longissimè abes à veritate. Neque enim nos eas tanquam

Epistolæ ad Cognatam.

Gen. 3.

Matth. 11.

Ioan. 6.

1. Reg. 15.

9.

Plurimè in Ecclesijs zelum habent Dei & animarum.

10.

Sanctorum & Imaginum cultus bonus est, & non est idololatriæ.

Epist.
ad Cog.
matam.

quam Deos adoramus, nec venerationem ad Imagines duntaxat referimus, sed per eas ad ipsos, quos Imagines nobis repræsentant, ad Sanctos nimirum gloriosos jam in cælis cum Deo regnantes: quod certè pium est factum, placensque tam Deo, quam Civibus ejus in paradiso.

II.
Imagines
non veniunt
in lege
veteri.
Exod. 20
Deut. 4

Quod enim Dominus Deus in Exodo ac Deutronomio prohibuit, ne faciant similitudinem quamcunque ullius rei, quæ sit in cælo, terra, aut mari: hoc ideo prohibuit, ne populus Israëliticus, pronus ad eas idololatrias quas viderat & didicerat in Ægypto leviter inde occasionem arriperet, ad idola redeundi. Prohibitionem illam hoc modo intelligi debere, manifestum est: quoniam Deus in Exodo, prius quàm istam prohibitionem pronuntiaret, dixit: *Non habebis Deos alienos coram me*, & immediatè subjungit prohibitionem, quæ vetat facere aut habere imagines in eum finem, ut ipsas quasi Deos adorent, sicut fecerunt, & adhuc faciunt infideles. Intentio autem, & scopus Scripturæ non est, omnino & simpliciter usum Imaginum prohibere: siquidem Deus ipse præcepit Moyli duo Cherubim ex auro facere, quæ ponerentur ad utrumque latus Propitiatorij; idemque Moyses ex præcepto Domini fecit serpentem æneum, & exaltavit eum in deserto in conspectu totius populi.

Exod. 15

Nu. 21.
Ioan. 3.

Verum quidem est, nos Deum adorare debere *in spiritu & veritate*: sed & verum est, ut hoc faciliùs possimus facere, sæpe nobis magno adjumento esse Imaginum sacrarum intuitum. Conventissimum enim est, ut oculis nostris repræsentetur Jesus Christus in forma humana, quam propter nos homines assumere dignatus est, quàm insuper evexit ad dexteram Dei Patris, quamque nunquam in æternum dimittet. Sic & sancti humana specie figurantur, in qua hîc aliquando Deo servierunt. Si licuit Salomoni facere æneas similitudines duodecim leonum in throno, duodecim boum in templo, quod ad Dei creatoris honorem devotè construxit: quare nunc pariter non licebit nobis figuras duodecim Apostolorum exprimere, quos illi duodecim boves designabant?

12.
In Ecclesia Dei laudabiliter ponuntur.
Ioan. 4.

3. Reg. 10.
3. Reg. 7

Lutherus ipse hoc quodammodo beneconsideravit, qui (tametsi prima fuerit origo & fons hæresum nunc in mundo grafsantium) asserit nihilominus & sustinet, Imagines Christi & Sanctorum in Ecclesijs esse retinendas; earumque usum ullo modo esse contra intentionem sacre Scripturæ; imò licitum esse atque utilem populo Christiano. Quin propterea sectatorem discipulumque suum Carolostadium (qui abolere & eijcere Imagines ex Ecclesijs nitebatur) expro-

13.
Etiam Lutherus non diffinit.

Episto-
la ad
Cogna-
tam.

14.
Sed &
Concilio
generalibus
appro-
bationibus.

vincia Saxoniae eijciendum ex-
pellendumque curavit.
Imaginum sane approbatio &
usus in Ecclesia, ab omni antiqui-
tate stabilitur contra hæreticos
plurimis Conciliis: ut in Con-
cilio Niceno II. & in alio Con-
cilio Constantinopolitano, & in
tribus Concilijs Lateranensibus.
Et certè Ecclesia sanctam hanc
devotamq; consuetudinem Ima-
gines & Sanctos venerandi ab
ipsis Apostolis Christi acce-
pit.

15.
Cultum
Eucharis-
tiae vo-
care ido-
latriam
est aperta
blasphemia.

Si verò per idololatriam in-
telligis (ut & plerique vestrum
solent) nos ideò idololatrias esse,
quia sanctissimam Hostiam pre-
tiosi Corporis Domini nostri Je-
su Christi adoramus: tam aper-
tæ, horrendæ, detestabilique
blasphemiae nolo responsionem
dare. Oporteret etiam prolixum
sermonem instituere, ut res ista
declararetur. Hoc solum dicam:
ipsa Redemptoris nostri verba ab-
unde satis fidem nostram de hoc
dignissimo Sacramento undique
confirmare. Quia Salvator su-
perbenedictus in Evangelio de
isto dicit Sacramento, *Hoc est Cor-
pus meum; & , Hic est Sanguis
meus.*

Matth.
26.

16.
Qui Eu-
charistiam
negant,
ethnici
sunt po-
tius quàm
Christiani.

Qui huic mysterio plusquam
cælesti credere nolunt, plusquam
ethnici sunt. Verbo Domini
mundus hic de nihilo est creatus:
estne igitur incredibile, quòd eo-
dem verbo panis in Carnem, &
vinum in Sanguinem Jesu Chri-

sti invisibiliter transsubstantie-
tur? Deus omnipotens est, om-
nia, quacunq; voluit, fecit in calo
& in terra. O! quale erga nos
amorem demonstravit, inæsti-
mabilem hunc Eucharistiæ the-
saurum nobis relinquens! Heu!
quàm enormis est ingratitude,
tantum amorem non agnoscere!
Nimiùm certè execrabilis inju-
ria, tam pretiosum donum vili-
pendere. Sed ut prolixitatem
fugiam, hic finio.

Nunc ergo, cognata mea, re-
cogita, quæso, quibus involuta
fis erroribus: recogita quanto
in periculo æternæ salutis deti-
nearis. Deservisti nobilem do-
num cælestis Patris tui, Ecce-
siam nempe Catholicam, extra
quam salva fieri non potes: illa
siquidem est arca Noë, in qua
quisquis non comprehenditur,
necessariò interibit, & absorbe-
bitur aquis diluvij. Pater ille
ruus cælestis te revocat: si volue-
ris reverti, ostendet tibi thesauros
misericordiæ suæ, ostendet tibi
dulcedinem suæ benignitatis.
Revertere igitur, antequam te
mors intercipiat. O quanto
gaudio exultabunt omnia Catho-
licorum corda, si te viderint ad
sanctam Ecclesiam matrem no-
stram reverti! Recuperabis hoc
pacto honorem tuum apud Deum
& apud homines: imò non recu-
perabis solum, verum etiam &
valde augebis. Spero ego, nec
unquam consentiam ut despe-
rem

Psal. 134

17.

Exhorta-
tio ad
cognatam,
ut velit
redire ad
sanctam
matrem
Ecclesiam
Romanam.

Gen. 7.

Epistola
ad Cog-
mazia.
rem tuum ad nos reditum, quem liter deprecor, cognata mea, ut
extoto corde desidero. Novit suam tibi gratiam velit largiri.
hoc Creator meus, quem humi- Lætijs.

Tuus ex animo cognatus

HLUDOWICUS DE BLOIS,

Humilis Abbas Latiensis.



INDEX